


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [1] - -

PUBLIC DOMAIN

M 36

~~La 522~~

Leibn. Marg. 188


S. 200, 208, 237 ff.

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [2] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

Merici Casauboni, Is. F.

DE

QUATUOR LINGUIS

Commentationis,

Pars prior:

QUÆ,

De Lingua Hebraica:

ET,

De Lingua Saxonica.



Martini Fogeli Hamb.

LONDINI,

Typis *F. Fleſher*. ſumptibus *Ric. Mynne*:
in vico vulgò dicto, Little Britaine:
ſub inſigne S. *Pauli*. An. D. 1650.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [5] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

Candido Lectori, S.P.

QVadriennium jam, aut eo amplius est, amice Lector, cùm Londini inter libros agens, & privatas amicorum bibliothecas, varia mecum, quò animum à præsentibus miseriis fortiùs avocarem, quasi in lucem posteà productarus, agitabam. Inter ea erat de ortu sermonis tractatus, satis accuratus: cui comitem de verborum usu, ob argumenti affinitatem, diatribam, adjungere statueram. Jam eò rem perduxeram, ut utrique solâ transcriptione, ut typographo traderentur, opus esset. Ita verò contigit, ut absolutâ diatribæ (quæ minor longè) transcriptione, dum in priore illo tractatu occupatur amanuensis, uterque aliud agere, & quod in manibus erat opus omittere, coacti simus. Actum erat de utroque fortasse, (neque enim is ego sum, qui semel omissa libenter in manus resumam:) nisi bibliopola cui spes facta erat majoris operis & lucri, saltem quod erat transcriptum, nec ab altero sic pendebat, ut seorsim prodire non posset, ut id sibi traderetur institisset.

ſtituſſet. *Annuente me, prodiit in lucem* De verborum uſu Diatriba: *in cujus primo aditu promiſſa de quatuor linguis, Hebraicâ, Græcâ, Latinâ, & Saxonicâ, cujus ὑπολύπωσιν pridem animo conceperam, commentatio.* Τὸν καρδιογνώστην teſtor *non aliter tum credidiſſe me, quin paucis, ſi ſemel aggrederer, ſeptimanis expedire, totámque ultimâ manu impoſitâ publici juris facere facilè poſſem. Erat tum vita in publicâ rerum ἀναλαγασίᾳ valdè deſultoria; ut non mirum ſit, ſi animus quoque tale quid interdum paſſus eſt. Deerant tum libri, & chartæ deerant, quarum ad iſtud penſum pertexendum uſus erat. ad aliud me contuli, ad quod & animus tum propenſior, de cultu Dei, falſo & vero. Jam priorem partem abſolveram, quam etiam viri quidam ab eruditione ſummi hîc viderunt & legerunt; cùm ecce novus terror, & omnia in Vrbe tumultus plena. Meæ tum res ſic tulerunt, ut relicto quicquid erat librariæ ſupellectilis, cum familiâ rus ad quinquageſimum uſque ab Vrbe lapidem migrandum eſſet: atque ibi tandem in loco (mihi quidem) ſolo, & domo vacuâ ſedes qualiſcunque fixa eſt. Longè tum curæ Muſicæ; & ita facilè mihi perſuadebam,*

debam, quæ me in has latebras ΤΟΥ θεῖ πνεύ providentia detruſiſſet, eandem ab alio quovis munere & opere, præterquam curâ valetudinis & familiæ, vacationem, ſi non & plenam miſſionem, dediſſe. Abiit ſic annus unus & alter; ingenio, neſcio quàm; corpori certè peropportuni, cùm valetudini ante hunc ſeceſſum valdè concuſſæ & afflictæ nunquam meliùs, quod gratus agnoſco, fuerit. Accidit interim ut frequentes ad me perferrentur, notorum, non unius; ſed & ignotorum quorundam flagitationes ſuper promiſſâ de quatuor linguis commentatione. De linguâ præſertim Saxonicâ quid illud eſſet quod allaturus haberem, non unus, ut narrabant, mirari; cauſámque cum nobilioribus iſtis conjungendi, ſciſcitari. Sed & longæ jam inertiæ tædium invaſerat: & jam libros aliquos, quod nunquam in iſto loco fore ſperaveram, partémq; chartularum nactus eram. Quia tamen obſtinaveram, quod ultimum in manibus habueram, id primùm reſumere, & donec abſolviſſem, aliis omnibus antevertere; in eo animo morigeratus meo, & eâ curâ defunctus, ad promiſſam illam cõmentationem me converti, ab Hebraicâ, ut par erat, exorſus linguâ. In hoc dum

verſor, ab aliis curis, ſed præcipuè chariſſimi & conjunctiſſimi capitis diuturnâ invaletudine & periculo ſæpiùs interpellatus, nihil propiùs factum, quàm ut omnia iſta procul à me εἰς Μαργείαν faceſſere juberem. Et feciſſem, puto, niſi de Saxonicâ linguâ res hæſiſſet animo, in eóque exiſtimationis non parum intereſſe credidiſſem, ne verba Lectori dediſſe, & futilibus eum (quod abominor) promiſſis, quibus nullus eſſet fundus, lactare voluiſſe videremur. Abſolutâ igitur primâ quadripartiti penſi parte, ſtatim ad ultimam, linguam Saxonicam, quaſi trajeci; magnâ deinceps conſtantiâ cum aliis moleſtiſſimis curis ac negotiis colluctatus, donec ad umbilicum perduxiſſem. Hæc igitur ratio ζυζυγίας iſtius, quam non ratio, ſed caſus obtulit. Quanquam ſi quod plerique docti volunt, ex Hebraicâ tota ferè vetus lingua Græca fluxit; ex Græcâ autem tota ferè, quod hîc docemus, Anglica vetus: non planè contra rationem fuerit hæc conjunctio. Et ſi quis id agat, haud pauca in Anglicâ linguâ reperiet, quæ ab ipſis immediatè Hebræis, an Græcis accepta ſint, dubium ſit. Sed hæc utcunq; dici poſſint, quia tamen non id à nobis hîc ſpectatum agnoſcimus,

ſcimus, non eò confugiemus. Fateor ad plures ex præteritis de linguâ Græcâ & Latinâ partibus fructum redire potuiſſe, in quibus tum alia, tum jactatiſſima de novis methodis controverſia tota pertractatur. Sed hoc ipſum cùm plus ſit, quàm quiſquam nunc à nobis, qui rerum ſtatus, jure potuerit ſibi promittere; candidi Lectoris erit ſi quam ex his utilitatem percipiet, non quod maluiſſet, importuniùs expoſcere; ſed quod nos potuimus & præſtitimus, æqui bonique conſulere. Vale.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [11] - -
PUBLIC DOMAIN

ERRATA.

PAg. 24. lin. 12. legè, bat. p. 48. l. 6. expenſ. p. 50. l. 27. quant. p. 52. l. 24. videt p. 55. l. 14. tuemus p. 59. l. 24. quales p. 65. l. 2. elegantias p. 66. l. 7. תנוסון ib. l. 8. נרכב p. 74. l. 27. oſtentationem p. 75. l. 7. verè p. 78. l. 17. à ſap. p. 83. l. 20. ſed in p. 84. l. 22. רקם p. 85. l. 7. cùm σόλ⊙- p. 88. l. 4. & 6. שנר p. 89. l. 3. שנר p. 111. l. 21 capeſſendum p. 139. l. 21. qua & Gr. ib. l. 22. differret p. 144. l. 7. Anonymi ib. l. 15. editâ p. 148. l. 6. aliiſque p. 158. l. 6. Indicio p. 161. l. 13. quarum ib. l. 16. *religion.* p. 169. l. 10. *vibriſſare* p. 173. l. 22 differunt; p. 174. l. 22. quin p. 176. l. 25. נשטר p. 181. l. 11. *hijo,* p. 185. l. 11. & 12. ϖελεἰδα ib. l. 13. ϖέλεμα vel ϖελειὰς, ἀϖ. p. 196. l. 16. τὸ χηῆς, ῃ p. 198. l. 24. illud *to*, q. p. 199. l. 6. vos modos ib. l. 27. ῥανὶς p. 202. l. 4. *ſcarce-* ib. l. 13. tritiſſ. p. 203. l. 26. (Gallicè p. 214. l. 4. ἡμῖν ib. l. 9. ἐτορο- p. 219. l. 9. quarumc. p. 222. l. 3. verbi ib. l. 17. verbi s. adverbii ib. l. 23. irritum p. 224. l. 3. *mamma,* p. 227. l. 10. ab uno m. ſcimus p. 230. l. 6. ortæ p. 241. l. 26. fœminam p. 245. l. 9. & 10. *ancle* ib. l. 16. *incle* p. 266. l. 23. digiti. Item p. 267. l. 11. legantur p. 270. l. 6. *Crocca cowellet* p. 272. l. 21. & *danſer* p. 282. l. 12. *hurler* p. 294. l. 2. *careſſer* p. 337. l. 21 Σωιθ. p. 346. l. 23 nedum p. 359. l. 21. ex κολ- p. 360. l. 4. *thaw* p. 366. l. 3. cum ib. l. 14. indicio p. 375. l. 17. σκία, σκιώδης pot. ¶ In Notis: p. 19. l. 10. munimentũ, &c.

Cætera, ut in opere tam variè, noſtræ dum excuderentur hæc abſentiæ condonabit æquus Lector.

Videantur etiam Addenda, *&c. p.* 407. *&c.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [12] - -
PUBLIC DOMAIN

DE LINGUA *HEBRAICA.*

ATque hîc primùm ſe nobis offert, ut quæ ad linguam Hebraicam non unâ ratione pertineat, celebratiſſima illa linguarum (ita vulgò vocant, quod ſacer ſtylus, *linguæ*, *labii*, *ſermonum* confuſionem; de quo poſteà pluribus:) confuſio, quæ turris Babylonicæ conditoribus, juſto manifeſtóque Dei judicio, ſed occulto modo inflicta eſt. Sunt autem multa in hac hiſtoria, de ~~de~~ quibus inter doctos jam olim, & nunc controvertitur, non minore ferè judiciorum & dubiorum, ſi ſingula expendantur, varietate; quàm fuiſſe illam linguarum ex hâc confuſione ortarum varietatem pleriq; ſanciunt. Ego quidem certè in iis, quæ Pererius ſuper his pridem commentatus eſt, libenter acquieſco; nec adhuc vidi, quanquam multi poſt illum aggreſſi ſunt, qui plura aut certiora af-

ferret. Si quis tamen, Græcis & Latinis ſcriptoribus non contentus, Hebraicos quoque ſcriptores adhibere velit in conſilium, accuratè nuper collegit eorum ſententias vir doctiſſimus, iſtarum linguarum callentiſſimus, Johannes Buxtorfius Filius, in eruditâ Diatribâ. Sed ſtudioſos linguarum non pæniteat alios quoque, nonnullos etiam fortaſſe mihi nec-dum viſos, conſuluiſſe: duos certè recentiores, viros doctiſſimos: Samuelem Bochartum, in *Geographiâ Sacrâ*; & *Phari Vet. Teſt.* authorem.

Nos quoque, ne planè ſimus in nobili hoc argumento aſymboli, hoc primum de lectore nobis concedi poſtulamus; Quodcunque Sacra Scriptura in hoc de Linguis argumento ita clarè ac dilucidè tradit, ut aliter accipere duri oris aut contentioſi ſit hominis; de eo, quòd communi naturæ aut experientiæ minùs congruat, dubitare aut diſputare, impium eſſe: quod verò ita ambiguè traditum eſt, ut nihil obſtet, quin plures ſententiæ proponi poſſint, per quas nulla vis S. Scripturæ verbis inferatur; ex pluribus, ſine impietatis

pietatis invidiâ cuivis licere, quæ ad naturam rerum & experientiam communē proximè accedat, eam amplecti.

Ex hominum disperſione, & in populos diverſos ſub diverſo regimine diviſione; ex diverſis legibus, ritibus, & conſuetudinibus; ex eorundem inter ſe populorum commerciis & per bella cladéſq; mixtione, magnam volventibus annis & ſeculis inſecuturam per ſe fuiſſe linguarum varietatem, ex ipſâ naturæ rerum cognitione & certiſſimâ, quæ magiſtra rerum audit, experientiâ, nemini dubium eſſe poteſt. Ab orbe condito ad Diluvium per mille ſexcentos & quod excurrit annos, unam eandémque ubique viguiſſe linguam, neſcio an ſatis certò ex ipſo ſacro Canone probari poſſit: ego quidem non dubito, ita rem habuiſſe. Utcunq; enim divina authoritas credendi neceſſitatem non imponeret, in tantâ tamen hominum longævitate, cùm plerique ad nongenteſimum pervenirent annum; & ex hac longævitate, tam pertinace, tam recente rerum omnium à primâ origine memoriâ; credibilius eſt, ſermonem variari non potuiſſe: ut

alia mittam, in quibus longè alia ratio iſtorum, qui tum, hominum; ab illis, qui poſt Diluvium nati ſunt. Sanè ne nunc quidem mirum ſit, linguam unam, per unam aut alteram ætatem, quanquam multæ interim contingant rerum commutationes, puram illibatámque, (præcipuè ſi ejuſmodi ſit populus, cui patrii cura ſtudiúmque ſit ſermonis,) conſervare. Quid autem tot anni ab orbe condito ad Diluvium, in iſta tanta longævitate; quàm quod nunc nobis ætas una ſit, alterâve? Illorum autem qui poſt diluvium, aut ſaltem poſt turrim Babylonicam vixere cùm non alia ferè ratio, quàm qui nunc ſunt hominum fuerit: non aliter potuiſſe, (ſine miraculo:) quin iſta varietas tandem aliquando contingeret rectè concludimus.

Jam teſtatur Sacra Scriptura, cùm una omnium quantum erat hominum ante cœptam ædificationem, lingua eſſet, immiſſam tunc *linguæ*, vel *ſermonum* confuſionem à Deo, quâ coacti à cœptis deſiſtere, alii in alia terrarum loca ſparſi ſint. Eò autem potiſſimum ſpectaſſe iſtam ſtructionem, ut ab imminente

minente ex incremento dispersione conservarentur, aut saltem ut immortali aliquo ante dispersionem opere, famâ sui nominis apud posteros viverent ac vigerent; id est, à mortalitate, quantum in ipsis, se vindicarent, videtur ipse sacer Textus innuere. Confusio autem linguarum, sive *sermonum*, quæ multiplex esse potuit, qualis illa fuerit, S. Scriptura non docet: sed id tantùm, talem fuisse, ut alii alios non intelligerent. Sunt, qui putent non aliud quàm prioris linguæ oblivionem esse inductam, & prioris oblitos in novum variúmque sermonem sua sponte prorupisse: quod cùm à naturæ rationibus alienum sit, nec cum S. Scripturæ verbis (si quis ad miraculum confugiat:) satis conveniat, nullâ mihi veri similitudine niti videtur. Et aliud, opinor, oblivio; aliud confusio linguarum. Turbatâ verò mente, & confusis (ita Deo operante) rerum notionibus, ita contingere potuisse, ut, cùm omnes Hebraicè loquerentur, aut Hebraica saltèm verba proferrent, invicem tamen non intelligerent, non magis quàm si planè diversis omnes loquuti linguis

essent; non est quod quisquam dubitet.

An id voluerint illi, qui Julio Scaligero sententiam suam probaverunt, nescio; nec quicquam in hoc genere, de certo confusionis modo, rigidè definiendum concesserim: illorum autem sententiam, qui varias tum linguas, plenas & perfectas, ab Hebraicâ diversas, subitò emersisse contendunt, & aliter opinandi libertatem nobis non relinquunt, cur aliorum sententiis præferamus, nulla, quod sciam, tam dubiâ Sacræ Scripturæ authoritate, causa.

Objiciunt tamen viri docti, hanc sententiam repugnare menti Scripturæ, quæ *semper*, ut ipsis visum, *confusionis linguarum* meminit ante dispersionem: ex quo evidenter argui volunt, confusionem linguarum in ipsâ extructione Urbis & turris contigisse. Utinam pressiùs & signatiùs, prout res ipsa merebatur, nobiscum egissent viri docti. In neutro enim nobis satisfaciunt; neque in antecedente Scripturæ testimonio, neque in ista quam inde eliciunt consequentia. Sed de posteriore ipsi viderint, si nos de Scripturâ quod quasi proferunt, aliter rem habere ostendimus.

Bu. Diatr. II. §. 19.

Con-

Confusionis linguarum (si verba ipsa spectemus) nullibi omnino, quod sciam, Sacra Scriptura meminit. Divisionem populorum & gentium *secundum linguam* vel *linguas suas* narrat illa quidem & sæpiùs iterat, Genes. cap. X. Per προλῆψιν utique; ut alia ibi multa: usitatissimam, ut omnes norunt & agnoscunt, sibi figuram. Versu 5. *Ab his divisæ sunt insulæ gentium* (istæ verò gentes non ante extructionem opinor:) *in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam, & familias suas in nationibus suis.* Versu 20. *Hi sunt filii Cham, in cognationibus & linguis & generationibus, terrisque & gentibus suis.* Postremo denique capite, vers: 31. & 32. *Isti sunt filii Sem, secundum cognationes, & linguas; & regiones in gentibus suis. Hæ familiæ Noe, juxta populos & nationes suas. Ab his divisæ sunt gentes in terrâ post Diluvium.* Nulla hîc *confusionis linguarum* commemoratio: varietatis, pro familiarum, populorum, & nationum diversitate, crebra. Sed hanc varietatem linguarum ante dispersionem vel divisionem populorum contigisse neque dici-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [19] - 7
PUBLIC DOMAIN

tur exertè, nec ullâ neceſſariâ conſequentiâ colligitur. Ut ſi dicerem, In regno Sinenſi plures eſſe pro linguarum numero; vel, (Scripturæ φράσι) *ſecundum linguas ſuas*, provincias, & regiones; id volens dicere, tot diverſas eſſe linguas, quot ſunt provinciæ; tot provincias, quot ſunt linguæ. Planius hoc aliquantò fateor; nemo tamen inde rectè colligat iſtam linguarum diverſitatem ante provinciarum diviſionem extitiſſe; cùm multò probabilius ſit, linguarum diverſitatem ex regionum & regiminum diſcrimine profluxiſſe. Cæterùm, *confuſio* (ubi de Scripturæ verbis agitur) longè aliud quàm *diviſio*. Nam *confuſio* in extructione contigit ante diſperſionem, de quo nemo dubitat, unde & *Babeli* nomen: *Diviſio* linguarum poſt, an ante, tacente Scripturâ, contigerit, eſt ipſum τὸ κρινόμενον, quod aliis argumentis probandum. Atque hîc obiter notamus, dictum eſſe *Phaleg*, Geneſ. X. 25. quod *in diebus ejus*, non, *linguæ*; ſed, *terra diviſa ſit*. Mirum autem de linguis ibi, ſi ita verè res haberet, tacuiſſe Scripturam, quæ longè notabilior (ex miraculo ſcil.) quàm

Gen. X. 25. & 1 Chro. I. 19.

quàm *terræ*, in quo nihil adeò mirum, divisio. Nam quod contendunt hîc etiam, τὸ פלג linguarum quoque divisionem, ídque ex ipsius vi verbi, comprehendere; quô id cogant, præter nudam affirmationem, nihil admodum ab illis proferri video. Verbum פלג, inquiunt, usurpat etiam David de linguarum divisione, Psal. LV. v. 10. Fatemur: quanquam longè aliâ (quod diligenter animadverti velim:) quàm de quâ quæritur hîc, notione. Per *linguas* enim, non tam sermonis, quàm animorum & consiliorum divisionem intelligi doctissimi consentiunt interpretes. Sed quicquid hujus sit; ut David de linguis; ita Daniel propheta de regni (quod à *terræ* non multum abest) divisione usurpat; nec minùs, opinor, ille propriè de regno; quàm David de linguâ. De hominum autem in varias terras dispersione verbũ נפץ non פלג usurpari, cùm res ipsæ, *hominum dispersio*, & *terrarum divisio*, sint adeò diversæ, nihil mirum; (non magis, quod sciam, quàm concoctionem cibi & distributionem, quæ cognatæ quidem & subordinatæ, non tamen eædem sunt operationes; B.ib. §. 58.

diversis

diversis verbis exprimi :) & quid huc faciat, nisi ad glaucoma (quod absit) objiciendum, non intelligo.

Jam cap. XI. dicitur terra ante Babelis extructionem *labii unius* & *sermonum eorundem* fuisse. Deum autem descendisse, ut *confunderet ibi linguam eorum, ut non audiret unusquisque linguam proximi sui.* Idcirco autem vocatam esse *Babel*, quia ibi *confusum est labium universæ terræ.* Nihil hîc de *linguarum* (ut quidem *linguas* hîc intelligunt :) *confusione:* nisi si quis id pertendat, *confusionem linguæ*, seu *sermonis* & *labii*; ut hîc sacer habet Textus: & *confusionem*, id est, ut explicant, divisionem linguarum, (ut *lingua* pro dialecto, seu loquendi genere, verbis & idiotismis ab alio diverso sumitur) pro iisdem, ídque ex ipsorum verborum propriâ vi, habenda: ut si quis colloquentes aliquos audiat, & dicat eos confuso uti sermone, ut invicem intelligere non possint; de diversis id linguis necessariò intelligendum sit; quod neminem puto dicturum. Ad circumstantias & argumenta, quibus probes, si confugias, hoc jam aliud est;

nec

nec tutum fuerit, quod probabilibus se putat aliquis argumentis & circumstantiis elicere, id Scripturæ simpliciter adscribere. Quod autem roget aliquis fortasse ; Quorsum igitur si de ortu plurium deinceps non agitur, ista initio capitis de unicâ in toto priùs orbe linguâ, observatio : respondeo; Ex istâ qualicunque (nobis ignotâ) quam memorat Scriptura *confusione*, dispersionem hominum ; ex hominum dispersione, divisionem linguarum (ut nos quidem opinamur) extitisse : ut de plurium linguarum ortu hoc agi capite minimè negemus; sed quæ post, an ante dispersionem sint ortæ; dubium (quantum ad Scripturæ verba) relinqui credamus.

Quod autem addunt iidem, Scripturam dicere populos *dispersos esse* כלשונותם *secundum linguas suas* ; aliquid dicerent, si hoc tam verè dicerent, quàm, non animo fallendi, persuasum habeo. Mihi sanè in totâ Sacrâ Scripturâ nihil tale repertum. Nam si hoc volunt, ut velle credibile est, quòd Scriptura dicat, *divisos* esse populos

B.ibid. p.23. *Sed subtilis magis quàm solida est hæc sententia. Scriptura dicit populos dispersos esse* כלשונותם *secundũ linguas suas.*

populos כלשונותם (quanquam ne id quidem, quod sciam, Scriptura; sed ללשונותם vel : איש ללשונו in quo non leve discrimen :) eò sequi, ut & *dispersos* dicat: vereor ne ratio eos fugerit. Longè enim aliud est (si quid ego intelligo) divisos esse populos *secundum linguas suas*: id est, pro eodem populo habitos, quibus communis esset lingua; pro diverso autem, qui diversis uterentur: aliud verò, dispersos esse. Dispersio (hominum scilicet) statim à confusione linguarum: divisio (populorum scilicet) aliquo certè, si non longo, pòst tempore, cùm jam dispersi in rempublicam propriis legibus, institutis, moribus, linguâ denique propriâ constantem & ab aliis diversam planè coaluissent. Sanè si id voluisset sacra Scriptura, quod ex illâ colligunt viri docti, mirum, cùm capite XI. de dispersione semel iterúmque meminit, de linguarum divisione vel varietate silere. Neque puto, si *dispersione* & *divisione* idem voluisset, tam constanter observaturam fuisse discrimen verborum נפץ & פרד: quorum hoc, ubi linguarum mentio fit, sæpius adhibetur:

adhibetur: illud autem cap. XI. bis, cum *dispersio*, nec aliud amplius, indicatur.

Jam si quis roget, quid hac dissentiendi vel aliter opinandi libertate consequamur: non parum certè, ut mihi quidem videtur. Hoc primum, ut linguæ Hebraicæ jus suum asseramus, cujus hoc eximium esse credimus, quod sola, Deo Opt. Max. onomatothetâ, &, ut ita dicam, parente jactare se possit: quod verum non fuerit, si tot aliarum linguarum ad Deum ipsum authorem, nullâ interveniente naturæ vice, sit origo referenda. Secundum hoc erit, quòd Hebræam, aliarum matricem, eâdem operâ rectè tuebimur: quod aliter, nisi multa supponantur, non intellectu facile. Postremò id consequemur, ut nostra, plus quàm necesse est, fides, infidelium (quod sanè vel illorum causâ vera charitas suadet:) ludibrio non exponatur. Quanquam enim nihil vetat, eosdem effectus & omnipotentiam Dei & naturam interdum producere; ut puta, vitem vel segetem ante tempus maturescere, quæ paulò pòst suo tempore

solâ

ſolâ naturæ (ſic autem vocamus ſtatam & ordinariam Dei poteſtatem & providentiam:) ope maturanda fuerat: cùm tamen audiunt, qui Sacram Scripturam deridiculo habent, variarum originem linguarum miraculo tribui; id illi ita accipiunt ut plurimùm, quaſi ſic miraculo tribueretur, ut, abſque eo fuiſſet, nulla inſequutura fuiſſet varietas, ſed una eadémque ubique terrarum lingua per naturæ ordinem in uſu futura fuerit. Sed, an revera non ſunt inter nos, qui ita ſciſcunt; & à mutis animalibus, ovibus, bobus, aſinis, & ſimilibus, quid homini naturale ſit, argumenta petunt: imò qui provocant ad philoſophos, & hujus linguarum varietatis cauſam penitùs eis ignotam fuiſſe confidenter pronuntiant? Noſtra autem longè alia ſemper fuit opinio, ut in tractatu *De Sermonis Ortu* pluribus à nobis diſputatum eſt.

Cæterùm cum dicimus hanc linguarum inter homines varietatẽ naturalẽ eſſe, obſervo viros quoſdam doctos in verbo *naturale* mirificè (nequid dicam gravius) impingere. Utinam, quæ vel Ariſtoteles, vel Quintilianus, aliíque veteres

veteres de verbi istius usu & multiplici notione benè monuerunt, in memoriâ habuissent. Non enim id quisquam (in hoc quidem de diversarum linguarum origine argumento) voluit, quod sciam; certas linguas certis populis aut cœli plagis ita naturales esse, ut proceritatem corporis Germanis antiqui tribuebant, & omnis (opinor) ætas nigredinem Æthiopibus, & si quid aliud, quod ejusdem sit generis: sed naturam miraculo opponimus, ut quemadmodum crescere hominum genus, in varias spargi terras, in diversos coalescere populos, diversis uti moribus & legibus; bellum esse inter populos, pacem rursus: commercia, fœdera; intercedere, violari: colonias mitti: hos ex antiquis sedibus exturbari vi; alios in locum succedere: hæc & similia non esse quod miremur, cùm ita sint homines, & ita ferat natura rerum, ut ista vulgò fiant: ita & linguarum inter homines diversitatem contingere. Hoc aliquis *usum* fortasse malit dicere, quia *natura* certum aliquid & statum promittit; verborum autem & linguarum sive mutatione sive duratione nihil sit incertius:

incertius : quemadmodum & Horatius, ubi de verbis,

Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadéntque;
Quæ nunc ſunt in honore, vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.

Atqui etiam iis, quæ uſu conſtant, ſua natura eſt ; & hæc ipſa, quâ à naturalibus potiſſimùm differunt, incertitudo, à naturâ rerum communi eſt : ut non ſine cauſa idem Horatius hunc qualemcunque uſum naturæ comparet,

Ut ſylvæ foliis pronos mutantur in annos ;
Prima cadunt : ita verborum vetus interit ætas :
Et juvenum ritû florent modò nata, vigéntque.

At longè alia notione in vetere illâ & inter Philoſophos vexatiſſimâ controverſiâ, Εἰ φύσῃ τὰ ὀνόματα ἢ θέσῃ ; *Verba ſint ex caſu* (*placitóve*, ut alii exprimunt :) *an verò à naturâ :* naturæ vox accipitur. De quo nos alibi prolixè. Ad hanc autem controverſiam pertinet ſubtilis viri, Rabbi Levi Ben Gerſon,

Gerſon, non inſulſa ſanè diſputatio quam ad illam de linguarum varietate cauſam μαλ' ἀπροσδιονύσως trahunt viri docti.

Hæc noſtra de linguarum confuſione ſententia, in quam nos ſolâ veri ſimilitudine inductos bonâ fide profiteri poſſumus. Nec tamen diffitemur eam tantò magis nobis placere, quantò propiùs ad ea, quæ ſuper hoc argumento b. m. parens Is. Caſaubonus in *Adverſariis* ſuis reliquit, accedere poſteà animadvertimus. Quò meliùs judices, lector, en tibi ipſiſſima ejus verba;

» *De linguarum confuſione.* Repeten-
» tibus aliarum linguarum originem,
» è fonte Hebraico, objicitur Moſes:
» qui videtur dicere, Linguas toto ge-
» nere diverſas repente extitiſſe in Ba-
» bel. Negantur enim ſeſe intellexiſſe:
» & inde volunt, omnes alias linguas
» eſſe ortas in totum ab Hebraicâ di-
» verſas. Nobis aliter videtur: non
» enim tam novas rerum notiones eſſe
» tum inventas, quàm novas veteris
» linguæ ἐπιλίσεις καὶ παρεπιλίσεις: ita ta-
» men, ut & planè nova quædam vo-
» cabula tunc ſint excogitata. Hoc eò

» probamus ; quia certum eſt, eos po-
» pulos, qui tum ſparſi ſunt per varias
» regiones, non in extremas Orbis par-
» tes repentè tranſiiſſe, verùm in pro-
» piores veteri patriæ ſuæ. Itaque ex
» illis ſine dubio Aſſyrii, Syri, fortè &
» Græci, ſunt primò nati, deinde ex
» iſtis alii porrò populi, qui paulatim
» ab ortûs primi loco dilatati ſunt ad
» quatuor Orbis cardines : donec pro-
» greſſu temporis πᾶσα ἡ οἰκουμένη in-
» colis frequentaretur. Igitur ſi in
» Babele linguæ in totum diverſæ factæ
» eſſent, neceſſariò Chaldæi, Aſſyrii,
» Syri, ἀλλοκότους illas linguas retinuiſ-
» ſent. Atqui contrarium videmus ac-
» cidiſſe. Eſt enim veriſſimum, Lin-
» guas cæteras eò manifeſtiora & ma-
» gis expreſſa originis Hebraicæ veſti-
» gia ſervaſſe, & nunc ſervare, quò
» propiùs ab antiquâ & primâ homi-
» num ſede abfuerint. Propinquitatem
» hanc duplicem facimus, loci, ac tem-
» poris : nam proximus quiſque popu-
» lus genti Hebraicæ, & ſitûs & tem-
» porum ratione, proximè ad illius lin-
» guam acceſſit. Longinquitas verò,
» & locorum & temporum, alienatio-

» nem

» nem ſubinde majorem intulit. Cla-
» rum hoc ex comparatione lingua-
» rum Syriacæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Pu-
» nicæ, &c. cum Hebraicâ. Clariſſimum
» item, ſi Græcam linquam diligenter
» ſpectes. Græci primi in Aſiâ habita-
» runt: inde Iönes, vel, ut Æſchylus
» vocat Hebraicè, Javones in Euro-
» pam trajecerunt. Nos autem obſer-
» vamus, in antiquiſſimis quibuſque
» Græcorum ſcriptoribus, multa voca-
» bula Hebraica, quæ poſteà vel deſie-
» runt eſſe in uſu, vel admodum ſunt
» mutata. Obſervamus etiam Aſiaticos
» Græcos magis ἰβραΐζειν, quàm Euro-
» pæos. Hæc igitur ſunt nobis demon-
» ſtranda.

Hactenus ille. Sed & hoc non pige-bit addidiſſe. Quàm variè ſacra hæc de turris Babylonicæ ædificatione & lin-guarum confuſione hiſtoria ab Ethni-cis in multiplices fabulas detorta fue-rit, notatum pluribus. Ab eâdem quo-que, ni fallor, origine, quod de Momo ſuo tradiderunt; quem, cùm Jupiter hominum generi, ut terræ gratificare-tur, infenſus, de perdendo eo vel ful-mine vel illuvionibus ſecum delibera-

ret, narrant interceſſiſſe, non tam ne perderetur, quàm ut aliâ potiùs viâ: Nempe, ut ſatis odiorum & inimicitiarum ſeminibus inter ſe committeretur, ac propriis viribus & manibus rueret. Impia ſunt hæc, ut quæ maximè, & in Deum Opt. Max. cui nihil magis quàm concordia hominum (modò non ad malum) cordi eſt, valdè contumelioſa: ſed quæ tamen ex pravâ & malignâ (quàm maligni autem plerique Ethnici in ſuis de Deo judiciis, alibi peculiari Diatribâ oſtendimus:) verborum interpretatione, quæ in hâc occurrunt hiſtoriâ, traducta eſſe credibile eſt: præcipuè etiam, cum Hebræi Doctores de rixis & cædibus inter operantes ex hac linguarum confuſione ortis multa narrent: ut doctiſſimo Buxtorfio pluribus obſervatum. Non memini alium pleniùs hanc fabulam narrare, quàm facit Euſtathius. Ejus igitur verba lectori hîc apponemus.

Τινὲς ὃ βαλὴν Διὸς εἶπον τὸ ἡ γῆν (ὡς καὶ ὁ Ευριπίδης ἐν Ὀρέσῃ μυθολογεῖ) καθίζαι βαρυμένῳ τῷ τῶν λαῶν φόρῳ, καὶ ἡ αὐλῆς ἄλησιν· ἔ χάειν φασὶ τόνδε Θηβαικὸν τὰ πρῶτα συνεστήσαλο πόλεμον, καὶ μετ᾽

μετ' ἐκεῖνον ἀνήγαγεν ὅτι φθορᾷ Τρῶας καὶ Ἕλληνας. Μῶμον φασὶ συμβαλόμενοι μὴ κεφαυνοῖς ἢ καλακλυσμοῖς πάντα διαφθεῖραι, ἀλλ' ἰδίᾳ μεθόδῳ ἄλλως, καὶ ὑποθεμένου τῆς Θέτιδος ἀνηλοσαμίαν, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχιλλεὺς, καὶ ἀνδροτὸς καλῆς γέννησιν, τὴν Ἑλένης ἀηλαδὴ, δι' ἣν τὰ κατὰ Τροίαν ἐγένοντο, πεσόντων πολλῶν· καὶ δι' Ἀχιλλέα, τὰ μὲν πολεμῆντα· τὰ δὲ μνίοντα.

Hæc erant quæ de linguæ, ſeu ſermonis illâ primævi, quam narrat ſacra Scriptura, confuſione, & inde ortâ tandem linguarum varietate ſive diviſione, ut Hebraicæ ſuum jus, & nobis noſtram in dubiis ſacræ Scripturæ locis & ſententiis libertatem aſſereremus, præmittenda duximus. Per hæc planior jam nobis ad ipſam, & quæ de ipſâ, de dignitate præcipuè (à qua orſuri ſumus) nobis dicenda, via.

HEBRÆÆ linguæ (ut ordiamur inde) dignitatem per multa multi capita diduxere; ut antiquitatem, fœcunditatem (ut quæ omnium aliarum parens:) aliáque: ſed nihil majus, quàm quòd ab ipſo ſit authore Deo, qui τρω-

τοπλάσῃ illam cum aliis non unius generis habitibus & dotibus inſeverit, ad quas pòſt nati non niſi longo uſu & diuturnâ conſuetudine pervenere. Nec Ille tantùm, conditor illius ac plaſmator, (ut ita dicam) Deus illis inſeverit, ſed quam ſacro ſuo ore dignatus ſit; ſacris legibus ac ſacroſanctæ doctrinæ deſtinaverit. Quæ quidem quò ſunt ipſa per ſe majora, & admirationem habent majorem: tantò magis elaborandum nobis eſt, ut inter præruptas & præcipites utrinque tum cachinnonum, tum credulorum ſententias, quod ſolidâ ac clarâ veritate nititur, aut ad eam ſaltem proximè accedit, aſſequamur.

Deum Hebraicæ, aut ullius omninò linguæ immediatum authorem eſſe, non omnes agnoſcunt: quorum ſententiæ, quòd ab aliis expoſitæ ſint, & argumenta fuſè confutata, à nobis omittentur. Ejus inter alios ſententiæ fuit & Gregorius Nyſſæ Epiſcopus; quem quia aliis intactum reperio, operæ erit in rationes ejus, quibus præcipuè innititur, inquirere. Leviora ſunt iſta, * Ὁ ἐν Θεῷ λόγος, Θεός ἐστι, &c. & aliud eſſe

* Greg. Nyſſ. contra Eunom. l. XII.

esse πρακτικὴν δύναμιν, aliud ipsa opera, ut scamnum, aratrum, &c. cùm nemo nisi væcors inde colligat, Deum authorem esse linguæ Hebraicæ, quia Θεὸς λόγος in Sacrâ Scripturâ memoratur; aut verò facultatem ab effectu vel operibus (quæ distinctio in Adami posteris locum habet) nequeat distinguere. At multa, inquit, in quacunque linguâ ἀισχρὰ καὶ ἀπρεπῆ, quorum inventorem Deum facere parum absit à blasphemiâ. Jam ista, *Sartago, simila, lagena,* & similia, tam vilia, tam vulgaria verba à Deo ipso quasi conditore profecta esse, quàm Deo indignum est? Φλυαρία ταῦτα καὶ μαλαιότης Ἰουδαικὴ, παμπόλυ τῆς τοῦ χειρονῶν μεγαλοφυΐας ἐκπεπλωκυῖα, τὸ οἴεσθαι τὸν μέγαν καὶ ὕψιστον, καὶ ὑπὲρ πᾶν ὄνομά τε καὶ νόημα θεὸν, τοῦτον ὥς τινα γραμματιστὴν τὰς τοιάσδε τῶν ὀνομάτων θέσεις διαλεπτουργοῦντα καθῆσθαι. i. e. *Futilitas hæc & vanitas est Judaica, à Christianæ doctrinæ sublimitate & excellentia multum defecta & deflexa, Deum credere, Magnum illum & Excelsum; qui supra omne nomen, supra omnem animi cogitationem,—— talem, velut aliquem de trivio Grammatistam, verborum impositiones subtiliter excogitantem sedere, &c.* De

De Deo Moſes, initio Geneſeos: *Dixítque Deus, Fiat lux*, &c. *appellavítque lucem, diem: & tenebras, noctem*, &c. *Vocavítque Deus firmamentum*, &c. Iterúmque, *Et vocavit Deus aridam, terram*, &c. Hæc Eunomius, ut & ex recentioribus quidam non contemnendi interpretes, ita planè, ut ſcripta ſunt, quaſi à Deo ipſo, etiam ante Adamum conditum, quaſi prolata aut concepta eſſent iſta paucula, intelligebant. Excipit autem Gregorius, Ἐ πῶς λα καταςκλάζειν τοιάδε πινὰ ῥήματα τ Θεὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ραφωλεῖν, ὐκ ὄν[illegible] λεομένε τ διὰ τ τοιάτων φωνῶν σημασίας, ὐκ οἶδα πῶς ἔξι μὴ καταγέλασον ἅμα ὴ βλάσφημον τὸ τοιῦτον ὄιεῶς.

Totâ fateor illâ Eunomii diſputatione & argumentatione nihil væſanius; qui, cum de verbis Græcis omnis eſſet controverſia, quia Deus ipſe rebus ante hominem conditum nomina indidiſſet, inde de verborum æternâ quadam & immutabili naturâ mirè philoſophabatur, & impiis ſuis dogmatibus accommodabat; & ſi quis aliter ſentiret, ut læſæ divinæ Majeſtatis reum, & divinæ providentiæ oppugnatorem quaſi

quasi ἐπ' ἀυλοφώρῳ deprehensum, atheis & Epicuræis, verbis quàm poterat atrociſſimis accenſebat. Hîc, piè ac graviter Nyſſenus opponit, Dei Opt. Max. non in eo conſiſtere Majeſtatem, ut verba fabricet, & nomina rebus imponat, qui tantis operibus (quæ pluribus ibi ab illo, non uno loco, commemorantur) infinitæ ſuæ tum ſapientiæ tum potentiæ documenta ediderit. Sed rationes, quibus literalem illam verborum Moſis interpretationem Nyſſenus impugnat, & totum illum perſonati Dei in ſuperioribus verbis mimum & χλεύασμὸν, probare non poſſum, nec periculo carere cenſeo. Non ſatis perſpexiſſe mihi videntur interdum viri graves, quantum impietati ſinum panderent, dum de rebus abſtruſis diſſerentes, & de Deo ex humano more & ſermone loquentes, feſtivi & ingenioſi eſſe affectant. Ut altiora fidei noſtræ myſteria omittam, quæ vel modeſtiſſimis (niſi fides & pietas contineat, quod & agnoſcit Apoſtolus:) πταῖειν γέλωτα movere ſtatim ſunt idonea: nulla res magis Epicurum & ejus ſectatores ad negandam Dei providentiam induxit, quàm

quàm quòd, quoquó ſe verteret homo petulans, & qui ex ingenio ſuo Deum metiretur, tam multa abſurda & ridicula doctrinam illam continere judicaret. Nec ſanè deerant multa, quæ cum plauſu (ut ſunt ad riſum & impietatem proni multi:) à pleriſque exciperentur. Qualia illa in Cicerone: *Vos Dei Majeſtatem deducitis uſque ad apum formicarúmque perfectionem, ut etiam inter Deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator, fuiſſe videatur.* Et eodem libro, *Etiámne hoc affirmare potes, Luculle, eſſe aliquam vim, cum prudentia & conſilio ſcilicet, quæ finxerit, vel, ut tuo verbo utar, fabricata ſit hominem? qualis iſta fabrica eſt? ubi adhibita eſt? quando? cur? quomodo?* Et alibi; *Quibus enim oculis intueri potuit veſter Plato, Fabricam illã tanti operis, quâ conſtrui à Deo atque ædificari mundum facit? Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui miniſtri tanti operis fuerunt?* Et ibidem rurſùs: *Sive enim ipſe mundus Deus eſt, quid poteſt eſſe minùs quietum, quàm nullo puncto temporis intermiſſo verſari circum axem cœli admirabili*

mirabili celeritate? Nisi quietum autem, nihil beatum est. Sive in ipso mundo Deus ineſt aliquis, qui regat, qui gubernet, qui curſus aſtrorum, mutationes temporum, rerum viciſſitudines, ordinéſque conſervet, terras & maria contemplans, hominum commoda vitáſque tueatur: nè ille eſt implicatus moleſtis negotiis & operoſis.

Quaſi verò Deus author alicujus linguæ dici non poſſit, aut cogitari; quin neceſſe ſit infelicis alicujus grammaticuli, literulis & apicibus ſuis aſſidentis, perſonam illi affingi? Aut tanta fatuitas in quenquam poſſit cadere, qui bonâ fide credat, dixiſſe Deum, *Fiat lux, & facta eſt*; & cætera, quæ maximè miramur, ſolo verbi ſui imperio condidiſſe? Aut, ſi qualiſcunq; operum ſubtilitas indigna Deo eſt, major ſit in verborum varietate & orationis partibus ſubtilitas, quàm quæ in auditûs aut viſûs organis (ſi ſingula, quæ ad iſtorum ſenſuum perfectionem ſpectant, accuratè & anatomicè expendantur) & naturali conſtructione conſpicitur? Cujus tamen tantæ ac tam variæ ſubtilitatis accurata conſideratio tantum abeſt, ut

ut viros doctiſſimos à ſummi Opificis agnitione averterit, ut etiam Ethnicos ad prædicandam Dei Opt. Max. tum potentiam tum bonitatem excitaverit.

Jam quòd verba parùm honeſta (qualia in omnibus linguis aliqua) objicit Nyſſenus; non eò jam digrediar, ut Stoicorum cum Epicuræis de verborum rerúmve turpitudine liti (ſuper quâ doctiſſima Ciceronis extat epiſtola) me interponam. Hoc tantùm dicam, ſi aliqua ſit in verbis vera & ipſis inhærens turpitudo; quantò magis in rebus, quarum verba nihil aliud quàm ſigna ſunt & ſymbola? Quò tandem iſta proceſſura, nemo non videt; nec minùs, ſi cogitaſſet, abominaturus Nyſſenus ipſe, ſat ſcio, quàm quivis alius. Sed hic intempeſtivi, ubi de Deo agitur, riſûs ut plurimum fructus eſt. Cæterùm facetias ſuas & elegantias, quibus ſimplicitatem noſtram illudit Gregorius, ex Plutarcho eum mutuatum eſſe non auſim affirmare. Simillima ſanè in Plutarcho, Περὶ τῶν μὴ χρᾶν, &c. ubi de conceptis oraculorum formulis diſſerit, non uno loco memini legere.

Sed ut ad verba Moſis redeamus; quod

quod ait ille, *Vocavit Deus*, &c. non displicet Merceri sententia, per προ-λη-ψιν ista dici, quòd ita posteà post hominem conditum nuncupata sint. Sed quod addit Mercerus, si Deus ipse indidisset illa nomina, sine piaculo mutari aut alia usurpari non potuisse; non satis assequor; nisi omnia, quæ Deus instituit, perpetui juris esse sanciantur. Quod si est, ne ceremoniæ quidem legales, quarum Deus author, abrogandæ fuerunt: quod ad nugas illas Eunomianas, (quas meritò Nyssenus exagitat) nimis accedere videtur. Nos igitur illorum sententiam amplectimur, qui docent, quæcunque Adam recèns creatus loquutus est, quæcunque rebus imposuit sive verba sive nomina, ad Deum authorem referenda esse, qui Adamum docuerit, aut potiùs inspiraverit. Nam per naturæ alioquin leges non alia Adami recèns creati ratio, quàm hominis, qui ab omni hominum consortio à primâ usque infantiâ seclusus fuerit: qualem mutum necessariò extiturum alibi docuimus. Quare vel eo nomine lingua Hebraica ab auctore suo, meritò sancta audit. Cæterùm

rùm cùm Adamus nomina rebus imponeret, pauca illum nova (si tamen ulla:) simplicia verba procudisse, sed vel communia levi inflexione propria fecisse, vel plura jungendo composuisse, res ipsa loquitur: quanquam hodiè multorum rationem ignorari, tam multis deperditis aut ignoratis radicibus, necesse est.

Proxima linguæ Hebraicæ dignitas, Antiquitas, & eorum, quibus illa vernacula fuit, authoritas & reverentia. Nam si non sine ratione dixit emunctissimæ naris & judicii vir Quintilianus, verba vetusta majestatem quandam cum voluptate conjunctam afferre orationi: quanta sit illius linguæ majestas, quæ alia non agnoscit incunabula, non alios natales, quàm quos mundus ipse; imò, si Rabbinis fides, non tam mundo æqualis, quàm inter mundi causas numeranda? Ita enim illi vulgò loqui solent, hanc esse linguam, in qua *creatus sit mundus*. Jam si manuscriptus codex (ut annosas quercus & exesos senio lapides, multorum quondam populorum numina, omittam:) si manuscriptus, inquam, codex, cujus fugientes literæ

literæ & cætera ſpecies multorum præ ſe ferat ſeculorum antiquitatem : ſi veteres urbium templorúmq; ruinæ, quorum nobilitata veteribus hiſtoriis fata caſúſve fuerint; ſi alia denique paris vetuſtatis monumenta ſolent animos ſpectantium (multorum certè, nec de fæce) proprio neſcio quo jucunditatis & admirationis ſenſu percellere : quomodo affici illos par eſt, qui Hebraica loquentes, aut audientes, ſimul ita ſecum reputabunt, hos ſonos, hæc vocabula, naſcenti quondam mundo præluſiſſe ; in hos modos, in hæc verba, ſua quondam ora finxiſſe ; his aures eorum perſonuiſſe, qui tanta ſeculorum ſerie vetuſtiores ſunt illis, quos priſci Ethnici ob antiquitatem in numina ſacraverunt : qui tum vivebant, cùm Mundus adhuc infans eſſet : quos præſentia ſua, quos alloquio, quos tot miraculis Deus dignatus eſt : à quibus Orbi ſalus universo, & in omnem poſteritatem tranſmiſſa virtutum exempla ?

Cæterùm de linguæ Hebraicæ à jactis mundi fundamentis antiquitate receptiſſima jam olim hodiéque inter omnes ferè linguarũ peritos opinio eſt, tantis

tantis rerum ipsarum nixa fundamentis, ut de eo dubitare, non aliud meritò videri possit, quàm τὰ ἀκίνητα κινεῖν. Scimus tamen non defuisse olim hodiéque, qui aliter statuere & adstruere conati sunt: ut Goropii Becani insanissimum inceptum missum faciam, cujus inter seria meminisse, aut aliam rationem habere, quàm eorum, quæ ad lusum jocúmque, aut ad irritæ & infructuosæ subtilitatis admirationem apparantur, sobrii vix hominis crediderim. Quæ verò de linguâ Chaldaicâ, Syriacâve, sed & Canaaniticâ, à non uno opposita sunt, quia à pluribus accuratè tractata & refutata sunt, libenter & illa prætermittimus. Hæc igitur quorsùm? dicat aliquis fortasse. Planè, ut ad novam viri docti, & celebris inter recentiores Geographos Italiæ & Germaniæ accuratâ descriptione, nominis, de primævâ linguâ opinionem, de quâ silent alii, expendendam, aditum mihi faciam. Is est autem Philippus Cluverius, qui in *Germaniæ Antiquæ* descriptione de primævâ linguâ ita statuit, eam cum Paradiso terrestri planè intercidisse, & hodiè penitùs ignorari.

Argu-

Argumentum huic ſuæ ſententiæ adducit unicum ; ſed quod multorum inſtar, ſi tam verum, quàm ſpecioſum, cenſeri poſſit. Ita enim ille contendit, verborum numerum vel ad millia poſſe colligi, quæ pleriſque aut multis ſaltem linguis ſint communia. Unde autem iſta communitas, niſi ex communi linguâ matrice, primævâ ſcilicet illâ, quæcunque fuerit ? Iſta autem tam multa, tam multis linguis communia, cùm minimè ſint Hebraica, aut Hebraicæ originis ; eò fieri, ut lingua Hebraica cæterarum matrix eſſe non poſſit. Agnoſcimus nos huic ineſſe pondus argumento. Quid igitur ſupereſt, quàm ut teſtes audiantur ; & de mille, ſaltem centum, quando tanta res agitur ab hoc uno pendens argumento, proferantur ? Ego certè ita expectabam. Sed tantum abeſt, ut id præſtiterit Cluverius, quod expectabamus ; ut pro centum vix decem talium verborum numerum expleat, quæ pluribus linguis ſint communia : ex illis autem decem, vix unum ſit aut alterum, quod originem, ſi quis idoneus arbiter, præ ſe non ferat Hebraicam.

Sed hoc ante omnia monendum, quanquam pauca ſunt, quæ nobis hîc exhibet Cluverius, tamen in his paucis nonnulla eſſe, quæ planè ſunt ἀπροσδιόνυσα. Non enim ſufficit, ut, quæ pluribus linguis cognatis ſunt communia, proferantur: quales jam olim Græca & Latina; hodiè, Gallica, Hiſpanica, & Italica; quibus addunt alii Walachianam; quæ maxima ex parte ex Latino fluxerunt idiomate, & unius ejuſdémque linguæ multiplex ex proprio populorum & locorum genio corruptio & depravatio potiùs, quàm diverſæ ſimpliciter linguæ meritò dici poſſint. Multa quoque in Germanicam ex Latina, ex longo commercio & aliâ neceſſitudine, illata: quod ita factum eſſe tantum abeſt ut mirari quiſquam debeat, ut potiùs monſtro ſimile credendum fuerit, ſi non ita contigiſſet. Quare nihil attinebat hîc de Oculo commemorare, quem Latini *oculum*, Germani *auge* vel *oge*, Sarmatæ *oki* nominant: non magis quàm vel Gallicum *yeulx*, vel Italicum *occhi*, vel Hiſpanicum *oios*, vel Anglicum denique *eyes*: & multò minùs de Aure, quæ ut Latinis

nis *auris* dicitur, ita Germanis *oor*. Talia, fateor, quivis nullo negotio mille, vel fortaſſe ad myriadas, congerat. Quanquam ne hoc quidem ſatis conſtat, *aurem* non eſſe originis Hebraicæ. Certè ſi verbum *auris* quaſi *auſis*, ex Græco οὖς, ὠτὸς, ut doctis placet, repetendum ſit: τὸ οὖς quin ipſiſſimum ſit Hebraicum אזן, nemo poteſt inficiari. Sed & *oculus*, ſi ex Græco, ut volunt, ὄπλιθ (τὸ π. autem interdum migrare in κ. vel λύκθ *lupus* fidem faciat) manavit: το ὀϕ (& ὠϕ,) ex quibus ὄπω, ὄπομαι, quin ex Hebraico אף oriundum ſit, dubitaturum puto neminem. Vox autem גרון ſepes, quæ apud multas nationes invenitur, quâ tandem ratione in hunc cenſum venerit, cùm eam Hebraicæ quoque linguæ communem agnoſcat Cluverius, ne ſuſpicari quidem poſſum.

Jam Græca πατὴρ & μήτης, quis iſtarum rerum paulò intelligentior dubitet ex Hebraicis אב & אם profluxiſſe, cum in utroque τὸ (τηρ) ſit pura puta, qualis in θυγάτηρ, εἰνάτης, κεφάτηρ, ἑρπὴρ, σωλὴρ &c. terminatio: in utroque etiam eadem ſit figuratio, ſive formandi ex Hebraico ratio, inverſis ſcilicet literis,

& præpositâ vocali consonante, quæ in archetypis postponitur: quod quanquam in cujuscunque linguæ derivativis non insolens (ita exempli causâ ἀραιὸς, *rarus*; לבן, *albus*, &c.) nec aliâ plerunque ratione nititur, quàm consuetudinis arbitrio: hîc tamen ad facilitatem pronuntiationis factum de industria esse probabile est, cum tenera balbutientium labra, à consonantibus, ídque ex naturali causâ, verba libentiùs, quàm à vocalibus auspicentur.

Ad verbum Θεὸς quod attinet, cum pleraque sacrorum vocabula Græca Hebraicæ sint originis, ut non ab uno jam prolixè ostensum & probatum est; & prætereà tum compositum שדי, tum simplex די, & sono & significatione tam propè accedant; cur quisquam de origine Hebraicâ dubitet, nisi qui nodum in scirpo quærat, causam non video. Nec parùm originem hanc confirmat vox altera affinis Græca θεῖος, quatenus *patruum* significat. Valdè impediti sunt Græci in reddendâ ratione nominis: quare scilicet *patrui*, θεῖοι, id est, (ut quidem vox vulgò sonat, à θεὸς derivata) *divini* nuncupentur. Inter alios,

lios, Simplicii philoſophi hæc eſt ſententia; Tantam veteres parentibus exhibuiſſe reverentiam, ut non ſolùm divinis eos honoribus affecerint, ſed etiam *Deos* nuncupare voluerint. (ὡς καὶ θεὸς αὐτοὺς ὁρμῆσαι καλεῖν.) Sed reveritos tamen divinæ Majeſtatis præcellentiam (δ' λαβηθέντας τὴν θείαν ὑπεροχὴν) cùm Deos non auderent & parentes communi appellare nomine: at parentum ſaltem fratres *divinos* indigitaſſe, ut ex illis ita nuncupatis, quid parentibus ipſis conveniret, homines conjicerent, atque ita in parentum honorem iſta appellatio redundaret. Hæc mens Simplicii, quam corrupit Latinus (doctiſſimus alioquin) interpres, dum priora illa vertit, *Ut Deos appellare eos non dubitârint.* Ad rem verò quod attinet ipſam; perſuadeat fortaſſe Simplicius illis, qui de verbis ſingulis, etiam vulgatiſſimis, à philoſophis, priùs quàm imponerentur, itum in conſilium credunt. Nos, qui de verborum origine longè aliter opinamur, planè pro fabula habemus, quod Simplicius comminiſcitur: nec tamen facile, melius aliquid reperire, niſi ad Hebraicas origines re-

curramus. Ibi enim דוד *patruus*, ex quo paulatim, primo ד in affine θ. verſo, ut paſſim; & ſimplice vocali in diphthongum (quod non minùs frequens) productâ; & loco finalis ד aſſumptâ pro more (ut לפד, λαμπὰς, &c.) terminatione Græcâ ος, factum θεῖος. Et ut à דוד θεῖος, ita à דודה θεία *amita*. Nec id magis mirum, quàm à דדים (mamma) formari πίθη, πίτθη, πίθος, πίτθος, & tandem πίθαρος, πιθίζω, πίθηνος, πιθύνης, θῆλυς, & ejus generis alia, de quibus accurati Lexicographi tum veteres, tum recentiores conſulendi. Neque, ego quidem, dubitaverim, ex Chaldaico דאבא (pro Hebraico זאב) lupus, Græcum θώς, θωὸς, & θῶων, quanquam paulò remotius accerſere; cùm exempla remotiorum Etymologiarum, de quibus nemo dubitat, ſint in promptu non pauca.

Ad vocem κεφαλὴ, & quæ inde profluxere, quod attinet, nihil ego temerè pronuntiaverim; nec cauſæ quicquam obfuerit, ſi unum aut alterum verbum tale reperiri poſſit, pluribus linguis uſitatum, cujus uſus, aut origo Hebraica, non dicam, non ſit; nam hoc in tantâ verborum

verborum Hebraicorum jacturâ, & poſt tantas mutationum vices, valdè temerarium eſt aſſerere: ſed à nobis indicari & demonſtrari non poſſit. Quanquam igitur, ut jam diximus, cauſæ ipſius nihil interſit, Lectoris tamen φιλοσλώπ8 nonnihil intererit fortaſſe, quid de verbi iſtius origine, cum magna veri (ut ego quidem judico) ſimilitudine dici poſſit, non ignorare. Omiſſis igitur Græcorum conjecturis, quæ nauci non ſunt; maximam eſſe literarum κ. & γ. affinitatem, omnium, qui in his aliquid unquam ſtudiis viderunt, tralatitia eſt obſervatio. Hinc κυβερνῶ, *guberno*: κρύβαλ⊙, *grabbatum*: κόμμι, *gummi*: & alia, quæ in omnibus occurrunt linguis, aliis paſſim notata; ut κόλπ⊙, *golfo*: κρύπτη, *grotta*: & ſimilia. Jam Hebraicum גף, *corpus*; ſed & *caput*, ut *caput* pro vertice, aut quod ſummum eſt, ſumitur, ſignificat. Sunt, qui ad diverſas radices referant: alii, aliter: quod perinde nobis hîc eſt, modò de ſignificatione conveniat. Ut igitur à κάρα, κορυφὴ ejuſdem ſignificationis: ita erit & à גף, *gaph*, ſive *caph*, κεφαλή. Hoc video quibuſdam

busdam placuisse : quod mihi quoque valdè probatur. Quia tamen nihil hîc asseveramus, & erunt fortasse, qui huic quamvis probabili conjecturæ non acquiescant ; quid præterea mihi venerit in mentem, lectorem non celabo. אלוף Hebræis, dux, ductor, vulgò. Non abludit nec sono nec significatione vox κεφαλὴ: nisi quòd τὸ κ. præpositum initio, quod multis verbis accidere, ut interdũ vacet, interdũ desit, notant veteres Grãmatici. Cujus exempla consuetudinis, κέλαθος, pro ἔλαθος : ἀνθήλια, κανθήλια: ἀυλωνία, κἀυλωνία, ab Eustathio proferuntur : ab aliis, καύχημα, αὔχημα : κατάνη, ἀπάνη : κἀλινδᾶμαι, ἀλινδᾶμαι : κάπρος, *aper* : aliáque non pauca. Mihi certè eò magis arridet hæc conjectura, quòd & Anglicum *Calfe* ex eodem Hebraico verbo אלוף, quatenus bovem significat, fluxisse penè mihi persuadeo. Nam quòd aliquis objiciat, aliud esse bovem, aliud vitulum : quàm nihili sit ista objectio, satis intelligunt, opinor, omnes qui in hac verborum de linguâ in linguam migratione, confundi sæpe non ætates tantùm, sed & genera animalium, sæpiùs observarunt: quod

in

in hoc ipso verbo contigisse nemo dubitat, & ex bove Græcos elephantem fecisse. Sed & ipsum *vitulus*, Latinum, quis dubitat, quin ex Græco sit ἴταλος, quod bovem vel taurum, non vitulum, significat? Quanquam hæc fortasse nimis multa, addam tamen & hoc, Syriacè קרקפתא, cranium, caput: Chaldaicè, קרקפא, homo magni capitis: קרקפל, cutis capitis: in quibus & Latini *caput*, & Græci κεφαλὴ, seu κάρη, vestigia non obscura: sed à quâ primitùs origine, peritioribus diſpiciendum relinquo.

Τὸ ὦθος, sunt qui à בוס, conculcare; sunt qui à פשע, incedere, deducant: utrique, satis probabilitèr. quanquam, si quis me quoque roget, ego malim ex פעם repetere: cùm non affinis tantùm, sed eadem omninò sit significatio, & diphthongus ω gutturalem egregiè suppleat: ultima autem litera ם radicalis in terminationem, ut plerunque, transeat.

Agnoscent, opinor, in his versati nihil hîc coactum aut insolens. Idem meritò dicamus de particula negativa *non:* quam, si quod aliud verbum, minimè cuncta-

cunctabimur Hebraicæ origini asserere. Quid enim aliud suadeant Hebraica נוא *no*, ex quo Hiphil הניא, renuit, irritum fecit: & ipsum אין *en*, non: quod inversum *ne*, est ipsissimum Græcorum νὴ, quod in compositis remanet, νηλεὴς, νηχερδὴς, νήχερως, & aliis multis. Quàm vulgares autem sint istiusmodi, in monosyllabis præcipuè, transpositiones literarum, tum alia fidem faciant in mundo exempla, tum illud inter alia Arabicum, Buxtorfio observatum, אן pro נא (nunc) Hebraico: ex quo Græcorum νῦν (& ex Græco Latinum *nunc*:) geminatâ τῇ *n*. literâ; quod & in aliis, & in isto, de quo nobis hîc sermo, *non* contigit.

Denique de tertiæ verbi substantivi personæ ἔστι, vel *est*, quis laboret origine, qui quidem sciat, quam vim habeat תו יש apud Hebræos? Literam Hebraicam ש per *st*, quæ longè facilior pronuntiatio, expressere. nec id sine causâ. Mixtum enim aliquid ex utroque videtur istud Hebraicum ש; unde est, quòd Chaldæi pro ש תו ת passim substituunt. ut ירת, מתל, תלת, תמנה, pro Hebraicis, ירש, משל, שלש, שמונה: & hoc ipsum

יש,

יש, illis אית : ut in illorum ſententiam libens concedam, qui Latinum *aſinus*, ex Hebraico אתון, ob literarum affinitatem, & frequentem permutationem derivant. Ita & ῥητίνη, *reſina* : ναυτία, *nauſea*, &c. Cæterùm, ſiquis Græcum ἔστι (ex quo Latinum manavit:)ex Chaldæo illo אית malit repetere, non ego repugnaverim, nec eò minùs ſit Hebraicum, cum Chaldaica ſit Hebreæ dialectus. Reliqua verbi ſubſtantivi, *ſum*, *ſunt*, *eſſe*, de quibus aliquid hic Cluverius, quanquam ad eoſdem & iſta fontes cõmodè referri poſſint, quia tamen noſtrâ nihil hîc intereſt, cùm paucis tantùm linguis ſint communia, ne lectoribus nimis moleſti ſimus, omittemus.

Atque iſta ſunt, quæ ex multis, ut ait ipſe, vocabulorum millibus potiſſimùm delegit eruditiſſimus Geographus, quibus Hebraicæ linguæ primigeniam antiquitatem convellere nititur : quæ ego de multis, verè dico, millibus non poſtrema judicaſſem, quibus illam matricem omnium aliarum linguarum apud æquos & idoneos judices adſtruerem. Enimverò, ſi vel Cluverius ipſe aliquam

aliquam Sanctæ linguæ cognitionem habuiſſet, vel peritum aliquem in conſilium adhibuiſſet, nunquam, opinor, commiſiſſet, ut receptam per tot ætates fœliciter opinionem, tam futilibus argumentis & exemplis impeteret.

Proxima, poſt nobilitatem, uſus & utilitatis eſt conſideratio, quæ multiplex eſt. Nam ut lingua Hebraica matrix eſt aliarum omnium linguarum, & tantò prior tempore; in rimandis & inveſtigandis verborum antiquorum (cujuſcunque ſint illa linguæ, quanquam earum præcipuè, quæ propiùs ad illam & antiquitate accedunt & affinitate) etymologiis multum ejus peritiam conducere, imò apprimè neceſſariam eſſe, & ratio poſtulat, & certa confirmat experientia. Sed & antiquorum populorum origines, & locorum; adde & gentilium numinum, quorum in nominibus ferè ratio omnis & natura; (eruditionis philoſophicæ pars non pœnitenda:) ab ultimâ pleraque pendentia antiquitate, ex intimis hujus ut plurimùm linguæ penetralibus eruenda ſunt. Fidem facient doctiſſimorum noſtræ & ſuperioris ætatis virorum

rum in hoc genere lucubrationes præstantissimæ, quæ sunt in manibus omnium, quicunque meliores literas vel summis, ut aiunt, labris attigerunt. Legant saltèm, si qui hæc legunt, horum studiorum planè ἀμύητοι, quæ Franciscus Junius vir doctissimus in hujus argumenti oratione paucis complexus est; quæ pluribus alii, quibus hoc propositum fuit, ut sigillatim persequerentur, quæ ad hujus linguæ commendationem faciunt. Nos, qui libenter hîc aliquid offerremus Lectori, quod aliis dictum non sit, omissis iis quæ aliunde peti possunt, ad id potiùs prævertemus, quod à nobis Lector jure fortasse requirat, ut paterni scilicet operis, aut incepti potiùs, rationem ei reddamus, cujus expectationem post ejus mortem non unus publicâ ejus partim mentione partim flagitatione commovit. Meminit ejus Thomas Erpenius, linguarum, dum viveret, Orientalium decus & destina, in oratione, quam de linguâ Hebraicâ anno antè scriptam edidit a.d. 1621. his verbis: *Hoc tantùm dico, Clarissimum virum Isaacum Casaubonum seculi hujus insigne ornamentum,* &

& cui plurimum debent ſtudia mea Orientalia, ſi vitam ei prorogâſſet, qui dederat, editurum fuiſſe luculentum opus, de Græcæ linguæ ex Hebræâ origine, in quo chirè ſatis & nervoſè (quantum ex iis, quæ multa jam indigeſta coacervaverat, judicare ego potui) demonſtraturus erat, pleraque Græcorum themata originis Hebraicæ eſſe. Viderat, opinor, Erpenius in proprio Patris, ipſo adhuc ſuperante, Muſæo; ex quo etiam plura de ipſius conſilio didiciſſe potuit. Ego quoque dudum profeſſus ſum in opuſculo, quod olim penè adhuc puero paterni nominis & virtutis obtrectatores extorſerant, tale quid in manus meas perveniſſe: non tamen, ut ejus edendi, quod pervenerat, aliquam cuiquam ſpem facerem, aut certè poſſem, cùm id tale eſſet, quod potiùs operis futuri ὑπολύπωσις & ἰχνογραφία, quàm quod operis affecti, nedum abſoluti nomen mereretur. Aliter tamen accepiſſe videtur vir doctiſſimus & humaniſſimus, Greg. Greg. Francus, S. Theologiæ Doctor, in *Lexico ſancto*; & ab illo credibile eſt ad multos alios expectationem propagatam. Ut igitur & ipſi & aliis, qui-

quibus illud opus adeò expetitum, quoad ejus poterit, fiat à me satis, de eo enucleatiùs hîc, non alieno loco, aliquid dicam.

De linguarum origine quæ Patris fuerit sententia, ex iis satis liquet, quæ jam *De linguarum confusione* ex ipsius Adversariis protulimus. Ut autem erat ille invictus operis & laboris, & in omnes de publico benè merendi occasiones semper intentus; sed & ab omnibus, quæ ad tale opus necessaria, præterquam otio, præsidiis paratissimus: futuri operis effigiem talem animo concepit, & sibi proposuit, qualem ex ipsius verbis, ex iisdem Adversariis depromptis, videre est.

Σὺν τῷ Θεῷ; *Totum hoc argumentum paucis capitibus potes complecti.* 1. ὑποθέσεις, *quibus innitimur.* 2. *De multiplici affinitate, & de affinitatis in rerum & vocum ------ causis.* 3. *Exempla vocum, ubi nulla facta mutatio.* 4. *Exempla vocum, ubi literæ mutatæ.* 5. *Exempla vocum, ubi est etiam μεϱάθεσις.* 6. *Obscurior affinitas.* Sic conceptâ methodo, proxima cura de idoneo apparatu, quo moles instituta surgeret.

In

In eum autem finem, ne quid ipsius diligentiam fugeret, voces Hebraicas tum primigenias, tum alias, cum variis significationibus manu suâ singulas descripserat; accuratè posteà retractaturus & expressurus singulas, & verba Græca, quæcunque ex illis orta probabilis aliqua ratio suaderet, iis appositurus. Non pauca tamen, quæ inter scribendum se illi obtulerant, jam appoſuerat; ad primam præcipuè secundámque Alphabeti literam: ad quarum exemplum si cætera reliquisset, aliquid esset fortasse, quod sine lectoris, vel ipsius authoris injuriâ publicari posset. Quanquam autem nihil mirum, qui tam multa scripserit & ediderit, eum multa quoque inchoata reliquisse; sed & ex multis, quæ susceperat ac cœperat, pro occasionum & opportunitatum varietate alia aliis prævertisse, ne id quidem mirum sit: pensi tamen hujus aut omittendi aut intermittendi causam aliam quoque fuisse suspicor, quòd ab aliis occupatũ se magna ex parte deprehenderit, qui vel post prima ipsius molimina prodierunt in lucem, aut saltem ad ejus tum primùm notitiam pervenerunt,

nerunt. Atque hæc de Patris opere, quod inſtituerat. De etymologiis in genere multa dicemus, ubi de linguâ tractabimus Saxonicâ.

Sed præcipua hujus linguæ utilitas eſt, ad promovendam rem pietatis. quâ cùm charius ac antiquius homini nato, qui ſuæ ſibi conſcius originis ad cœleſtem vitam adſpirat, nihil eſſe debeat; conſequens eſt, ut tantò præſtet hæc utilitas, quantò anima corpori, & æterna momentaneis. Verborum compendium faciam, quando iſta à pluribus prolixè tractata ſunt. Ut illud igitur maximè contendat aliquis, extare tales ac tam perfectas Verbi Divini verſiones, ut nihil in iſto genere perfectius ſperari poſſit; (quod quanquam ſtultiſſimum ſit credere, eò tamen faciliùs hîc poſtulanti concedemus, quia ad id, quod nunc volumus, nihil pertinet, & poſteà pluribus ſuo loco à nobis tractabitur:) quis rerum peritus negaverit, quemadmodum Gratior eſt virtus veniens è corpore pulcro, ita verborum ſplendorem, & orationis gratiam, ad rerum ipſarum commendationem inſigniter facere? Non quæro, quid fieri

debeat : & illi, neſcio cui, apud Aulum Gellium philoſopho facilè aſſentior, *Ad ipſa Platonis penetralia, ipſarúmque rerum pondera & dignitates pergendum eſſe, non ad vocularum ejus amœnitatem, nec ad verborum venuſtates diverſitandum eſſe :* nec illud arripiam, quod quidam de Platone (quos inter Dionyſius Halicarnaſſæus) majore judicii ſeveritate quàm veritate pronunciârunt, eum, quantus quantus eſt, nihil niſi verba eſſe : hoc certè dicam, quod alii plures tum Chriſtiani tum Ethnici agnoſcunt ; quòd Plato præſtantiſſima quæque florentiſſimorum ab eruditione ſeculorum ingenia tanta ſui admiratione fixerit, detinuerítque, id ſermonis ipſius ſingulari cuidam cum ſublimitate junctæ venuſtati potiſſimùm tribuendum eſſe. Ut non ſine cauſa, orationis ornatum *cauſæ non parum conferre* pronuntiarit Quintilianus, quod *qui libenter audiant* (ut ipſius verbis utar:) *& magis attendant, & faciliùs credant.* Jam, ut nulla eſſet peculiaris linguæ Hebraicæ elegantia, quam, tamen ſunt, qui eo nomine aliis omnibus anteponant : ut nulla ſtyli ſacri

cri in hoc genere prærogativa, (de quo nos alibi fusè quærimus :) quis tamen tam iniquus, ut ei neget, quod omnes, quotquot aliquis ingeniorum proventus, aliquis eruditionis usus excoluit, habere linguas nemo in linguis versatus negaverit ? Habere illam suas quasdam proprietates, suos idiotismos, suas formulas, suas particulas, quibus, qui aures imbutas longo usu habuerint, nihil gratius aut venustius accidere possit:qui autem non assueverint,ab iis tanquam barbaris & asperis, & agrestibus, ne dicam etiam ridiculis, plerunque refugere? Habet hoc natura aurium, ut quemadmodum oculi novitate capiuntur, ita illæ contrà omni sermonis peregrinitate offendantur, ut Varronem alicubi observare memini. Quare quod multi dicunt se verba non morari, rerum momenta & pondera consectari, frustrà sunt ; cùm ut plurimùm nulli magis verbis ducantur, quàm qui ita vulgò profitentur ; adeóque ipsi sibi de se fortasse persuadent; cùm etiam invitis & imprudentibus vis verborum obrepat & insinuet , & maximorum duntaxat ingeniorum (ut pridem Au-

guſtinus rectè) ea ſit indoles & fœlicitas, ut res à verbis, & verba à rebus ipſis ſecernere valeant. In ſacrâ verò Scripturâ interpretandâ, tantò major difficultas ita vertere, ut imperitorum auribus conſulas, quantò minor interpretibus libertas conceſſa eſt. Quanquam enim aliàs laudemus interpretem, qui verba potiùs *appendat* (quod in vertendis Græcis de ſe profitetur Cicero) quàm *annumeret*: non tamen id in ſacris licitum, ubi vel minimis apicibus ſua conſtant momenta; nec ulla verborum jactura ſine aliquo, non illo quidem præcipuæ fortaſſe ſententiæ, ſed aliquo tamen rerum detrimento, poſſit contingere. Quare ſi pietatem maximè fovet augétque jugis & aſſidua ſacræ Scripturæ lectio; lectionem autem quamcunque (ſi quidem ex naturâ pendamus iſta) delectatio maximè alit accendítque; quanti ad pietatem momenti ſit ejus linguæ peritia, quis non vidit, cujus uſus jucundam nobis faciat ſacri textûs orationem?

Ex pluribus autem ſacri ſermonis idiotiſmis, quorum in vertendo, non elegantiæ tantùm, ſed etiam interdum

&

& ſententiæ detrimentum ſubimus, libet hîc in uno genere, quod à nemine adhuc ſatis tractatum vidi, diutiùs immorari. Paronomaſia, (Græcis παρονομασία; quod quidam non ſatis attenti παρωνομασία ſcripſere:) ſatis notum nomen, nec res naturâ ſuâ valde obſcura; ſed à veteribus pleriſque nimiâ ſubtilitatis aut diligentiæ affectatione, dum novis figurarum nominibus & generibus inveniendis artem ſe putant eloquentiæ amplificare, tantis involuta tenebris, ut illos legentibus in totâ rê oratoriâ nihil ſpinoſius aut implicitius. Quintilianus tum de aliis, qui iſta ante ipſum tractaverant, tum nominatim de Cicerone queritur, cujus etiam in hoc argumento quædam non intelligere ſe ingenuè profitetur. Alii non minùs, de Quintiliano. Euſtathius recentior, in hoc argumento nec ipſe tam dilucidus aut accuratus, quàm verboſus: multiplicem certè confuſionem illi objiciunt viri docti, qui de linguæ Græcæ vetere & germanâ pronuntiatione commentati ſunt: non uno nomine illi irati. Sunt qui παρονομασίαν à παρηχήσει diſtinguant, ut Euſtathius alicubi: qui παρ-

ἠχησιν à παρομοίῳ, ut Donatus: qui παρονομασίαν à παρονομασίᾳ, ut Quintilianus. Author ad Herennium *traductionem* aliam facit ab *agnominatione*: qui tamen agnominationis varias ſpecies aut potiùs rationes oſtendit & explicat. Quidam Hermogenis definitionem maximè probant, qui παρήχησιν & παρονομασίαν pro iiſdem habens, definit, κάλλος ὁμοίων ὀνομάτων ἐν διαφόρῳ γνώσει παυλὸν ἠχήνλων; alia pleraque, quorum apud Euſtathium exempla ſunt, ad *polyptoton* referant.

Nos non id hîc agimus, ut has Grãmaticorum lites componamus, aut accuratiùs expendamus. Sufficiat igitur monuiſſe, cùm παρονομασίας nomen à quibuſdam latiùs, ab aliis ſtrictiùs accipiatur; nobis latiorem ſignificationem hîc placere, ut omnia illa quæſita orationis ornamenta, in quibus vel idem verbum caſu, aut ſignificatione, (quod πλοκὴν aut ἀνλανάκλασιν propriè nuncupant:) variatum: aut diverſa verba, ſono ſyllabíſve ita affinia, ut aliqua ſimilitudinis ſpecies aurem feriat, ſub hoc genere & nomine comprehendamus. Ornamenta vocamus, quia non

omnis

omnis verborum ſimilitudo in hunc cenſum referenda, cum talia interdum (ut Euſtathius rectè docet) caſu contingant, quæ ut ipſis ſcriptoribus imprudentibus exciderunt, ita diligentiùs animadverſa, putidum potiùs & ineptum, quàm diligentem lectorem arguant. Peritus lector iſta facilè dijudicabit. Cæterùm cùm multæ ſint agnominationum ſpecies, ut apud Quintilianũ alióſq; videre eſt, nos, omiſſis aliis omnibus diviſionibus, duas tantùm diverſas illarum ſeu ſpecies ſeu claſſes conſtituamus, ut, quæ ſolis ſunt in verbis, & orationis tantùm concinnitati ſerviunt, ad primam: quæ verò mutatâ ſignificatione aliquod etiam ſeu pondus ſeu acumen ſententiæ conciliant, ad ſecundam claſſem pertineant. Exemplis hæc fient illuſtriora. Sed priuſquàm ad exempla veniamus, de re ipſa paucis præfabimur, non id nobis hîc eſſe conſilii, ut uſum talium vel doceamus, vel commendemus. Ut ingeniorum fuerunt, pro varietate ſæculorum, ita & aurium, diſcrimina. Fuit ſæculum, cum in laudibus ſermonis eſſent, quæ poſteà inter vitia numerata: ſed nec uno eo-

démque sæculo eadem de optimâ loquendi ratione omnes judicârunt, ut etiam illi agnoscunt, qui rectè loquendi præcepta tradiderunt. Concursum vocalium & neglectam compositionem certum est affectasse plurimos: Gellius etiam inter elegantias Homericas numerat: quæ tamen ab aliis aliter vulgò constitui, & si quid ejus generis laudatis scriptoribus acciderit, id excusandum ducere, nemo nescit. Atque ita in plerisque aliis, quæ ad sermonem pertinent. Quid autem naturæ maximè consonum (neque enim facit opinionum varietas, ut non aliquid verum sit:) longa ac difficilis disputatio. Nos suum cuique judicium liberum relinquemus, & ea tantùm, quæ sunt hujus loci, & de quibus non controvertitur, afferemus.

Ad primum genus pertinent ista, ὕβειν ὑβείζειν, λῆρον ληρεῖν, διδαχὴν διδαχθῆν, &c. quæ Latini quoque imitati, *pugnam pugnare*, *gaudium gaudere*, &c. dixere. Ad παρονομασίαν ista ab Eustathio aliisque diserte referuntur. Hac autem figurâ veteres Atticos scriptores, primos elegantiarum magistros, valdè delectatos esse scripta illorum indicant: unde

&

& Attica figura, vel Atticus idiotiſmus vulgò audit. Has alluſiones, ſive potiùs agnominationes (*morimortem, vitam vivere*, &c.) Attici frequenter ſectati ſunt; ait Julius Scaliger, vir incomparabilis, niſi Joſephum genuiſſet: qui etiam ex Ariſtotele & Platone exempla adducit. Sed utcunque Attici fortaſſe maximè excoluerint, ab Homero tamen altior & verior origo; qui ſæpè utitur; qualia ſunt apud illum, ἀγορὴν ἀγορεύειν, λόγον λέγειν βυλὴν βυλεύειν (quod uno ter aut quater occurrit libro) κλέος κλεείζειν, aliáque innumera. Et hactenus ſaltem in confeſſo eſt apud omnes, idem verbũ in oratione eleganter repeti, cùm ex eo fonte manet vulgare illud eloquentiæ magiſtrorum præceptũ, Si idem verbum in eadem ſententiâ bis ponendum ſit, nihil interponendum eſſe: ut omnia omnibus; multa multis; homo homini; & id genus; quæ paſſim occurrunt. cujus generis & illud, κακὸς κακῶς, Matth. XXI. 41.

Jul. Scal. in x. De Hiſt. Anim.

Veteres Latinos ſcriptores (eos intelligo qui Ciceronis ætate veteres audiebant) plurimùm etiam hâc figurâ delectatos eſſe, ex eorum, quæ extant hodiéq;

hodiéque, reliquiis colligere eſt. Sed ut ſuſpenſum Lectorem, (quem tamen non ſine cauſâ pluribus hæc præfatos nos, ſpero poſteà judicaturum;) quàm pauciſſimis abſolvamus; Ex omni Latinorum ſcriptorum numero, de duobus iſtis, Plauto & Terentio, utri palma eloquentiæ tribuenda ſit, magna dudum inter doctos controverſia, & adhuc ſub judice lis eſt: quin elegantiſſimus uterque ſcriptor ſit, & quos puri & elegantis ſermonis amatores nocturnâ diurnáque manu verſandos ſibi ſemper propoſuerint, nulla controverſia. Ut alias illorum laudes, quæ, ut pretio ſuo æſtimentur, ingenia minimè vulgaria, ſed & matura, Terentii præcipuè, judicia poſtulant, omittam; nulla magis arte utrunque ſuam nobis elegantiam commendare, quàm frequentibus paronomaſiis, aut nihil ego intelligo, aut certiſſimè deprehendet, quiſquis animum paulò diligentiùs adverterit. De Plauto mox videbimus.

Hecyræ Terentianæ Prologum magnâ arte ſcriptum eſſe notant antiqui, cùm, bis jam exacta, tertiò referretur fabula. Ecce ſtatim initio primi Prologi

logi— *hæc ut eſt data nova, Novum intervenit vitium.* & mox, — *populus ſtudio ſtupidus.* Et aliquot inde verſibus, *iterum*, bis in eodem verſu: & qui proximè ſequitur, *cognôſtis noſcite.* A verbo *Orator*, incipit ſecundus Prologus; cui ſuccinit in ſecundo verſu, vox *exorator.* Ibidem *jure*, quod proximo quoque repetitur. Haud multò pòſt, *Spe incerta certum laborem ſuſtuli*: & mox, *ſtudiosè* & *ſtudio*, eodem verſu. Paulò poſt, *Ut in otio eſſet potiùs quàm in negotio.* Et aliquot verſibus interjectis, vox *calamitatem*, ex proximo repetita. Ita verba, *locus*, *authoritas*, *maximè*, pari ratione repetita in ſequentibus. Extremo autem Prologo, (qui ſanè totus non valdè longus;) *Ne eum circumventum iniquè iniqui irrideant, Meâ cauſâ cauſam hanc ſuſcipite.* Alias prætereo ſciens ſyllabarum alluſiones magis obſcuras, quæ tamen ad ſuavitatem ſermonis non parum conducunt; qualis obſervat haud raro vetus Interpres: cujus etiam in Andriam vera eſt de toto hoc genere obſervatio, (in iſta, *Nam inceptio eſt amentium, haud amantium:*) *Amabant*

veteres

veteres de proximo ſimilia dicere: Et in Adelphos, ad iſta, *dii tibi, Demea, omnes ſemper omnia optata offerant*: Omnes omnia: *antiqua*, inquit, *elegantia, & figurata*. Quamcunque in Terentii partem Lector conjiciat oculos, nullam inveniat, quæ talia non affatim ſuppeditet.

Plautus verò, quantò antiquior Terentio, tantò iſtorum amantior & feracior, ut cuivis facilè ex ipſius lectione liqueat: qui non contentus duorum verborum ſimilitudine, aut repetitione, ad tria haud rarò, quaſi impleturus Gratiarum numerum; imò interdum & plura excurrit. Qualia apud illum ſunt: *Hîc me amœnitate amœnâ*, (ubi obſervet obiter Lector, hoc ipſum, cujus repetitione ſuavitatem orationi conciliare ſtuduit Plautus, purum putum eſſe Hebraicum:) *amœnus onerat dies*. Et in eâdem Fabulâ, *Quod bonis benefit beneficium, Gratia ea gravida'ſt bonis*. Et in Amphitruone, *Optimè optimo optimam operam das, datam pulcrè locas*. Et, *Nam juſtè ab juſtis juſtus ſum Orator datus: Juſta autem ab iniquis petere, inſipientia eſt*. Tale & illud Apoſtoli, ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσ᾽ αὐτάρκειαν ἔχοντες, &c.

Secundi

Secundi generis, multa apud Euſtathium alióſque ex Homero exempla, quæ lector inde petere poterit. Nobis hoc venuſtiſſimum viſum eſt, quod extat in vetere Græcorum Epigrammatum collectione, quæ vulgò Ἀνθολογία, &c. nuncupatur:

Εἴ τὸ φέρον σε φέρῃ, φέρε κἀ φερε. εἰ δ' ἀναπλεῖς, Ἀνθολογ. lib. I. c. ιγ'.

Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, κἀ τὸ φέρον σε φέρῃ.

Τὸ φέρον, id eſt, ἡ τύχη, ut ibi vetus ſcholiaſtes. cætera ſatis clara. Latinum exemplum vetus poëta Ennius ſuppeditat, cujus apud A. Gellium tetraſtichum extat, concinnum illud quidem, ut Gellius judicat; ſed aliquantò obſcurius, ut ad naturam ænigmatis quodammodò accedat. Eſt autem illud his verbis:

Nam qui lepidè poſtulat alterum fruſtari,
Quem fruſtratur, fruſtra eum dicit fruſtra eſſe:
Nam ſeſe fruſtari quem fruſtra ſentit,
Qui fruſtatur, is fruſtra eſt: ſi non, ille eſt fruſtra.

Voculæ unius mutatio planiorem fortaſſe ſententiam fecerit: quæ tamen utcunque

utcunque propiùs attendenti non adeò recondita, ut neceſſe ſit iſtis immorari. Plautus huc alluſit fortaſſe, cum peſſimum hominum genus, tum ab aliis notis, tum ab hac deſcribit: *Atque ſeſe cum fruſtrantur, fruſtari alios ſtolidi exiſtumant.* Similem luſum Græci neſcio cujus, antiqui Comici, in voce λοιδορεῖν memini legere, qui nunc non occurrit: eum videtur imitatus hîc Ennius: Græcos certè, à quibus ad Latinos manavit hic uſus.

Jam ad ſacra veniamus, quorum gratiâ ſunt iſta de paronomaſiâ à nobis hîc dicta omnia. Opportunè, an contrà, penes Lectorem judicium eſto. Mihi quidem ita videtur, inſignem hunc eſſe ſacri Textûs idiotiſmum, cujus plena perceptio, qualis uſu magis, quàm præceptis ullis comparatur, non ſolùm obſcuris ſacræ Scripturæ locis plurimis lucem afferre poſſit; ſed ad capiendum ſuavitatis & elegantiæ fructum, qui multus in illis exuberat, ſit apprimè neceſſaria. Atque hîc primum ſe offert loquendi genus apud Hebræos uſitatiſſimum, cum verbo cuilibet finito verbum infinitum ejuſdem originis adjungitur

jungitur, elegantiæ cauſâ: qualia, *videndo vidi*, &c. Scio Grammaticos Hebræos ita vulgò tradere, id fieri ad majorem certitudinem & evidentiam: quod quanquam ſæpè magis argutum, quàm ſolidum mihi videtur; (ut ſi quis id pariter aſſeveret, quoties dicunt Græci Latiníve, quod faciunt ſæpiſſimè, *pugnare pugnam, gaudere gaudium, ſervitutem ſervire, furere furorem, dolorem dolere*, & id genus alia, de pugnis, gaudiíſve, maximis & certiſſimis, aut aliâ aliquâ ratione notabilibus ibi ſermonem fieri; quod quamvis in multis exemplis experienti non malè fortè ſuccederet, non temerè tamen perſuaderet:) ut tamen illis concedamus, at hoc illi non negabunt nobis, quòd ita Hebræi certitudinem evidentiámve repetendo verbo maluerint, quàm aliâ ratione exprimere, non aliunde profectum eſſe, quàm quòd eorundem verborum repetitione gauderent, & repetendorum cauſas libenter amplecterentur. Nec aliter judicandum de frequentibus illis nominum tum ſubſtantivorum tum adjectivorum repetitionibus, quales, *gens gens faciebant*; *virgam virgam accipe*:

accipe : vir vir cum declinaverit : decimam decimam parate : corde & corde : generationi & generationi : justitia justitia: gladius gladius, &c. quarum cum plures sint species & rationes, accuratè pleraſque sub *Pleonasmi* titulo exequitur in Grammatica sua doctissimus Buxtorfius ; quem consulat Lector, qui de iis plura cupit. Nobis id sufficiat hîc dixisse, tales esse pleraſque, ut puri puti sint Pleonasmi : quorum scilicet non alia ratio, quàm genius linguæ populíve. Quod autem de quibusdam dicitur, ut de adjectivis distributivis, id ideò fieri, quòd iis Hebræi careant ; nos dicimus, ideò carere eos talibus quòd ista repetendis nominibus distribuendi ratio longè videretur elegantior.

In observandis autem & congerendis sacri Textûs παρομοιώσεις ejusmodi, quæ elegantiæ causâ adhibentur, si exemplo veterum quorundam Grammaticorum subtiliùs ista tractare liberet, ut non solùm plures earum species constitueremus, sed literarum interdum singularem rationem haberemus : non dubito multos repertum iri, quibus magis ridicula quàm grata futura esset ista

istа nostra diligentia : qui aures scilicet ad has prisci ævi elegantis diuturnâ lectione & observatione imbutas & attemperatas non habent : quas qui habent, haud dubium, quin passim, quamcunque partem experiantur, magnâ cum voluptate deprehendant. Nos igitur, quia quid pluribus, non quid paucis probare possimus, id hîc quærimus ; ea potiùs proferemus, de quibus nulla dubitatio sit, quin verborum seu similitudo diversorum, seu eorundem repetitio studiò adhibita sit. Quanquam autem in tam obviâ re alienâ operâ minimè opus nobis est, credo tamen Lectorem, quod Isaaci Casauboni b. m. parentis nostri de his judicium fuerit, libentèr cogniturum. En igitur ipsissima ejus verba, prompta ex ejus, quæ penes nos sunt, Adversariis.

» [Παρωνομασία. Amant Judæi hanc » figuram : maximè autem Isaias. vel » lege cap. XXIV. ac nota vers. 16, he- » mistichium conflatum ex vocibus » quinq; συστίχοις. sic enim habet Pro- » pheta ; בוגדים בגדו ובגד בוגדים בגדו » ἀδικοῦντες ἠδίκησε καὶ ἀδικίᾳ ἀδικοῦντων » ἠδίκησε ; Talia multa & apud hunc ; » &

F

» & apud alios prophetas. Ac viden-
» dum an ab hoc fonte ſit illud in hi-
» ſtoriâ Suſannæ, in vocibus σχίνω,
» σχίνη : & σχίνω, σχίζειν. Cui elegantiæ
» propè par & gemina eſt Iſa.c.xxx.16.
» Quia dixiſtis,ait propheta,כי על סוס
» נסום ideò תנוסון : & quia dixiſtis,
» על־קל נוכב, propterea יקלו רדפיכם
» planè ejuſdem generis elegantia : vi-
» de & XXXI. 1. Sic apud Jeremiam
» cap. I. verſſ. 11, & 12. par elegantia
» in vocibus שקד virga amygdalina :
» & שׁקד Deus *accelerans*. & c.XLVIII.
» v.2. in Chesbon,& חשב. Cap.V.ele-
» gantiſſimū : ויקו למשפט והנה משפח :
» expectabam judicium, & ecce ſca-
» bies, (ἀνὶὶ iniquitas) Sequitur ;
» לצדקה והנה צעקה juſtitiam (expe-
» ctabam) & ecce clamorem.] Ita ille
ibi. ſed & in editis ad Perſium Com-
mentariis iſtiuſmodi (quarum hæc
lingua ferax) quanti faceret elegan-
tias, obitèr his verbis teſtatum reli-
» quit ; [Sed huic loco (ad Perſii——
» *pappare minutum poſcis*, &c.) longè
» ſimillimum eſt,quod apud vatem di-
» vinum & verè ſublimem Iſaiam ob-
» ſervabamus,capite tertio : nam ſicut
» heic

» heic Perſius, ut delicias exprimeret
» molliculorum juvenum, ait illos *pap-*
» *pare minutum poſcere*, id eſt, infan-
» tium tenellorum mores imitari: ſic
» Hebræus ſcriptor, ut mulierum τρυ-
» φὴν ob oculos poneret, ait inter cæ-
» tera: הלוך ושפוף תלכנה ad quorum
» verborum ſingularem cum pari em-
» phaſi venuſtatem non adſpirat lin-
» guæ Latinæ egeſtas. Græcè dixeris
» ad verbum, ἐν τῷ βαδίζειν καὶ νηπιάζειν
» βαδίζεσιν: hoc eſt, ſic incedunt, quo-
» ties per vicos ingrediuntur, ut infan-
» tium parvulorum imitentur inceſ-
» ſum. id enim ſignificat טפף, quod
» pulcherrimum eſt verbum.] Hacte-
nus ὁ μαργείτης.

Ad hujus autem loci, quam tantoperè prædicat, elegantiam non tantùm (ut imperitioribus obiter conſulamus) pertinet iſtius verbi טפף pulchritudo: ſed etiam, tum ejuſdem verbi הלך mutato caſu, ad indicandum operoſè quaſi incedentium faſtidium, repetitio: tum duorum infinitivorum τὸ ὁμοιοπτέλευτον, ad affectatam eorundem in gradiendo concinnitatem tantò meliùs exprimendam.

Sed pergamus: Quid illa Eccleſiaſtæ initio, (הבל הבלים אמר קהלת הבל הבלים הכל הבל:) nonne paria, ab eodem fonte & pari elegantiâ repetita? Dicat tamen aliquis fortaſſe, non tam ad aurium voluptatem repetita hîc verba, quàm ad exaggerandam rerum mundanarum, cujus nec finis nec modus, continuato verbo vanitatem. Quid illa, כל הבא לעבד עבדת עבדה ועבדת משא באהל מועד? niſi hîc quoque myſterium aliquod (quod ego non capio) latere pertendat aliquis. At illa Pſalmi CXXII. v. 7. (שאלו שלום ירושלם ישליו אהביך: יהי שלום בחילך שלוה בארמנותיך:) an quiſquam tam Bœoticâ eſt aure, ut iſta legens, tantâ concinnitate non capiatur? vel iſtis, II. Regum XIV. 26. (אפס עצור אפס עזוב ואין עזר לישראל:) quæ talia ſunt, ut in aliam linguam verti non poſſint, ſine non ſuaviſſimæ tantùm concinnitatis jacturâ, ſed etiam non ſine obſcuritatis offenſione. Nemo enim legit Hebraica, quin ſtatim ex teſſellatâ iſtâ ſtructurâ, ſoníque quæſitâ gratiâ, in proverbii ſuſpicionem, (quod iterum in Deuteronomio alibíque ſæpiùs occurrit:)

currit:) incidat. quo ſemel comperto, nihil ampliùs difficultatis in verbis. In verſionibus autem nulla omninò proverbii veſtigia vel indicia. Pſalmo autem CXLVII. verſus continui non pauciores quàm quinque, pulcherrimâ aliquâ alluſione inſignes ſinguli. Primus iſtorum; כי חזק בריחי שעריך ברך בניך Verſ. ſc. 13.
בקרבך in quo ברִיחֵי prioris membri, reſpondet בָּרַךְ in ſecundo. Hoc primum. Secundò, ſecundi membri ſingulæ voces (quæ tres ſunt) ab unâ literâ incipiunt. Cætera Lectori relinquimus, ne nimis ipſius vel induſtriæ diffidere, vel ingenio videamur. Horum autem omnium exemplorum ea ratio eſt (unum fortaſſe aut alterum ſi excipias) ut ſoli elegantiæ & concinnitati conſultum fuiſſe verborum, vel eorundem repetitione, vel diverſorum ſimilitudine, res ipſæ fidem faciant. Huc etiam referri poſſunt paronomaſiæ, quæ non quæſitæ, ſed ex ſolo linguæ genio (cui tamen ſua conſtet ratio:) fluxiſſe videantur: quales iſtæ ותהי להם הלבנה Gen. XI. 3.
: לאבן והחמר היה להם לחמר quorũ elegantiam ipſa naturæ ratio commendat. Quis enim iſtâ verborum ſimili-

tudine חמר & אמר : לבנת & אבן : in tantâ rerum ipſarum, quarum alteræ alterarum vicem præſtiterint, ſimilitudine declarandâ non capiatur ?

Alterum genus facimus illas paronomaſias (quæ propriè alluſionum ſibi nomen vindicant) ex quibus præter elegantiam aliquid vel acuminis vel ponderis ipſi ſententiæ accedit ; &, ut latiſſimè dicamus, quæ tales ſunt, ut ab earum intelligentiâ plus minúſve pendeat loci ſententia, quáſque Lectoris intelligere maximè interſit. Talia nonnulla jam habuimus ; ut in iis, quæ ex b. m. parentis Adverſariis protulimus. Sed in hoc toto genere primum locum jure meritóque ſibi vindicant propriorum nominum impoſitiones vel hiſtoricæ vel propheticæ, prout ſcilicet ad aliquas vel præteritarum vel futurarum rerum circumſtantias reſpiciunt : tum verò ex impoſitis nominibus editæ longo pòſt tempore prædictiones futurorum : cujus utriuſque generis exemplis ſcatet Sacra Scriptura, ut in re tam notâ & obviâ inutili labori libenter parcam.

Occultiora & rariora ſunt illa, in quibus per ignominiam levi alluſione mutata

mutata sunt nomina, qualia notata doctis, משחית pro משחה : בליעל pro בעל : אישבשת, pro אישבעל : כוש pro עכר : כוש, pro עכן : & si Scaligeri conjectura tam vera, quàm probabilis, בעל־רעם pro בעל פער. Ab eodem fonte, quòd Idola צירים dicuntur, allusione factâ ad Dei nomen צור ; quasi diceres *diri*, non *divi* ; aut tale quid.

Obscurioris allusionis, sed cujus observatio sententiam multùm adjuvat, exemplum esto Proverb. XVIII. 1, 2. לתאוה יבקש נפרד בכל תושיה יתגלע : לא יחפץ כסיל בתבונה כי אם בהתגלות לבו : Quibus verbis verum ac genuinum sapientiæ candidatum sapientissimus Solomon certis notis χαραχτηείζει, & à sciolo scientiæ ostentatore discernit. Ait igitur primò, ingenti illum cupiditate impelli. Et meritò sanè hoc primum ponit, quod in omni re persequendâ præcipuum est, ut ardor adsit animi ; qui omnes difficultates vincit, omnes labores jucundos reddit. Eò pertinet observatio Aristotelis, de quâ nos alibi, ὅτι μᾶλλον ἕκαστα κείνωσι τῇ ἐξαχειβῶσι, οἱ μεθ' ἡδονῆς ἐνεργοῦντες. Multa quoque in eandem sententiam Plato,

tum alibi, tum in *Convivio*, ubi multis disputat, τὸν Ἔρωτα esse philosophum. Talem suam cupiditatem egregiè describit scriptor disertissimus Ælianus, ubi inter alia, præclara illa vox, & quovis Christiano digna, Βουλοίμην ἂν μάθημα ἓν γοῦν πεπαιδιδμένον περιγενέσθαι μοι, ἢ τὰ ἀδόμενα τοῦ πάνυ πλουσίων χρήματα ἅμα καὶ κλήματα. *Ita enim sentio* (ex disertissimi viri interpretatione) *ut vel unam alicujus egregiæ disciplinæ portiunculam, potiùs quàm celeberrimas quorumvis opes atque possessiones mihi accedere optârim.*

Ælianus, De Animal. l. XVII

Altera nota est, quòd, qui talis, *separet se*; id est, quotidianos hominum congressus moresque, in quibus hominum politicorum studium maximè versatur, vitat, & totum se, quantum potest, studiis suis asserit: quod eleganter unico verbo dicunt Græci; ἐγκαλύπτεσθαι: quod etiam Plato genuinis tribuit philosophis, quos ait, σπουδὴν ἐν ὁδῷ τὸ τεῖχος ὑπερβαίνειν: quod apud posteros in proverbium abiit. Sed digna Platonis verba, quæ hîc legantur: Ἀγροῖκον δὴ καὶ ἀπαίδευτον τὸ ἀφ' ἑστίας ἑδρᾶν ἵππον τοῦ γομέως τε τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι, σπουδὴν ἐν

ὁδῷ

ὄρει τὸ τεῖχος περιβαλλόμενον. vertunt: *Itaque & hujuſmodi philoſophum neceſſe propter nullam negotiorum exercitationem non minùs ruſticum & imperitum eſſe, quàm paſtores: utpote, qui perinde mœnibus in urbe, ac illi caulæ ſepto in monte, circundetur.* Paulò aliter Theodoretus in Therapeuticis accepiſſe videtur; ut & Antoninus Imperator in ſoliloquiis ſuis, & fortaſſe pro περιβαλλόμενον, verior lectio fuerit περιβαλλομένων. Sed hæc non ſunt hujus loci.

Hunc igitur ita animatum, & ἐγκαλυφάμενον, ait porrò, בכל חושיר יתגלע in quamcunque veræ ac ſolidæ eruditionis partem curioſè perveſtigaturum. Scio τὸ התגלע verbum ambiguum eſſe, cujus ὅπη τῷ κακῷ (qualia πολυπραγμονεῖν Græcis, & φιλολιμία: Latinis, *curioſitas*, &c.) ſint alibi in hoc ipſo Proverbiorum libro exempla: at τὸ חושיר adjunctum, cujus eſt magna emphaſis, omnem tollit ambiguitatem. Eſt enim illud verbum, ſi quod aliud, φιλοσοφικώτατος, ad indicandam rerum quarumcunque, ſed veræ præcipuè ſapientiæ, ſoliditatem impoſitum: Neque puto ullum Sacræ Scripturæ locum, cum ſæpiùs

piùs occurrat, temerè repertum iri, ubi aliter, quamvis non pari ſemper emphaſi, uſurpetur. Mihi ſanè plura loca (ſed Proverb. III. 19, 20, 21. & Micæ VI. 9. præcipuè) diligentiùs attendenti & contendenti, cùm hominibus (nam Deo quoque non uno loco:) tribuitur, talem propriè ſcientiam & ſapientiam videtur vox תושיה ſignificare, quæ ex ſeriâ operum Dei ſive naturalium, quibus conſtat hic mundus; ſive aliorum (actiones diceremus, ſi de hominibus eſſet ſermo) quibus humanæ res adminiſtrantur; ex ſeriâ, inquam, & accuratâ iſtorum (quantum homini fas eſt) contemplatione & cognitione comparatur. Ei rei argumenta plura dicerem, quibus adducor ut ita credam, ſi hoc nunc ageremus. Sufficit hîc, quod antè dicebamus, verbum iſtud præſtantiæ alicujus ſignificationem ſemper habere in Sacrâ Scripturâ.

Genuino huic ſapientiæ ſectatori alium opponit Solomon, qui ſapientiæ ſtudio & ipſe non mediocri incendi videtur, ſed non alio fine, quàm ad pompam & oſtentionem: ut *cor ſuum*; vel *ſapientia ſua*: (nam לב utrunq; ſignificat,

ficat, ut & *cor* Latinis:) reveletur, ſive aliis innoteſcat : quorum ſcilicet (ut à Satyrico deſcribuntur) *Scire nihil eſt*, niſi ſcire illos, quodcunque eſt, quod ſciunt, ſciant alteri. Hunc illi ſapientiæ fructum ſibi proponunt maximum, non ut ſibi aliiſve vera proſint.

Nova fortaſſe videbitur iis interpretatio, qui verſionibus tantùm aſſueverunt. Qui verò Hebræos interpretes, Aben-ezram alióſque legerunt, aliter judicabunt. Hebræis autem verbis, aut ego fallor, aut hæc interpretatio longè convenientior, quàm quas hactenus videre mihi contigit. Nam Græci, & qui illos ſequuntur, (viri ſanè doctiſſimi) aut aliud legiſſe, aut תּוֹ גלע cum לעג (cujus promiſcuæ ſignificationis in totâ Scripturâ nullum alibi veſtigium) confundere videntur. Ad hanc autem interpretationem non lectio Rabbinorum, quos poſteà conſului ; ſed paronomaſiæ obſervatio me primùm induxit, cùm תּוֹ יתגלץ prioris verſiculi, תּוֹ התגלות in poſteriore (qualia alibi multa) reſpondere comperiſſem.

Alterum genus eſt Paronomaſiæ, ſive Alluſionis, quæ non in aliquâ literarum ſoníve

ſoníve affinitate, ſed ſignificationis, conſiſtit, cujus exemplum erit Proverbiorum capite XXV. verſû 23. רוח צפון תחולל גשם ופנים נזעמים לשון סתר׃ Duo hîc ſunt, de quibus inter interpretes non convenit. ſenſus verbi תחולל cui alii *gignendi*, alii *diſſipandi* notionem hoc loco ineſſe volunt: & vera ſyntaxis iſtorũ ופנים נזעמים לשון סתר׃ cùm alii לשון סתר accuſativum eſſe ſtatuant, & פנים נזעמים verbo (quod ſubintelligitur) præponant: alii contrà, poſtrema verba recta eſſe, & verbo præponenda eſſe cenſeant; priora autem illa pro obliquis habeant & verbo poſtponant. Ventum Aquilonem nubes diſſipare, & ſerenitatem inducere, veteribus olim, Græcis Latiníſque, creditum eſſe, vel Poëtæ fidem faciant; ut Ovidius in primâ Metamorphoſi;

Nubila diſjecit, nimbíſque Aquilone remotis,
Et cœlo terras oſtendit, & æthera terris.

Et jam anteà eodem libro, ubi Juppiter ex omni cœlo nimbos dimiſſurus inducitur,

Protinùs

Protinùs Æoliis Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes.

Unde & *Aquilo ventus* in Proverbio pro, Serenitas: ut in illo Propertii,

Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit.

Accedit & Jobi authoritas, c. XXXVII. verſu 22. Ut Rabbinorum illorum, qui Hieroſolymis rem aliter habere tradunt, quòd ad Occidentem mari claudatur, obſervatio quanti facienda ſit, aliis expendendum libens relinquam.

Sunt ſanè, nec indocti, (Junius, aliíque) quibus *gignendi* ſignificatio hujus loci propria credita eſt: ego de eo nunc non contendam. noſtrâ enim, quomodocunque ſtatuas, parum aut nihil intereſt. De poſterioribus verbis omnis heic mihi controverſia. Hoc igitur dico: paronomaſiæ (ita enim liceat indigitare) rationem poſtulare, ut צפון לשון סתר in ordine ſententiæ præcedat, quomodó Junius & alii plures expreſſere; non, ut verſio Anglica, & quos, viros alioquin doctiſſimos, illa ſecuta eſt. צפון Hebræis Aquilo; (pars mundi Meridiei oppoſita:) dicitur, quaſi *abſconditus:*

conditus: ex Solis abſentiâ, ſive quòd à Sole longiùs, ut plerique cenſent; an aliâ ex cauſâ; non hîc quæro. צפון propriè ſignificare, quod abſconditum vel occultum ſit (unde & צפון theſaurus, res abſcondita:) res minimè dubia: quæ etiam eſt סתר ſignificatio. quaſi dicat Solomon; Ut ab occultâ plagâ veniens ventus diſſipat nubes: ita occulta lingua, vultum indignabundum. Occultam autem linguam vocaverit hîc Solomon, quam alibi non ſemel *mollem*: in cujus potentiâ variis verbis (ut in aliis quibuſdam) exponendâ & inculcandâ, multus eſt. quod non ſine cauſâ maximâ ab illo factum eſſe, tantò meliùs ſciamus; ſi, quæ è ſapientibus Ethnicis in eandem planè ſententiam prudentiſſimè monita ſunt, (unde & demagogorum frequens in illorum hiſtoriis deteſtatio:) obſervemus. Ab hâc igitur mente ſunt illa Solomonis, hoc ipſo capite, v. 15. בארך אפים &c. vertit Junius, *Longanimitate pellicitur ductor, & lingua mollis frangit oſſeum*: [vel *oſſis virum*, id eſt, duriſſimum & rigidiſſimum:] & illa, capite XV. v. 1. *Reſponſio mollis frangit excandeſcentiam*.

am : verbum autem moleſtum excitat iram. Signatiſſimè autem lingua blandiloqua, lingua *occulta* vocatur, quòd blandientium, eorum præcipuè, qui iratos verbis demulcere ſtudent, proprium ſit ſimulare : unde & *mentiri* in Sacrâ Scripturâ ſatis obvium, pro *ſubjici* & ad alterius voluntatem ſe componere. Græci quoque, cum de talibus loquuntur, verbis κλίθειν (quod Homericum eſt) & κρύπτειν, (inde & κρύψις, pro ſimulatio :) utuntur. Cæterùm non abſimilis apud Propertium modò laudatum, de vi verborum ad compeſcendam iram, à ventis & ipſa petita ſimilitudo :

Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto :
Quàm facilè irati verbo mutantur amantes, &c.

Jam ſi iſtos potiùs ſequimur, qui תחולל *gignit* vertunt, tantò expeditior erit verborum illorum לשון סתר interpretatio. Ut nimirùm lingua ſycophantica, & occultè detrectatoria, ſeu delatoria intelligatur, qualem lites & rixas parere tum plurimas, tum periculoſiſſimas

mas ſolere, vulgò notum. In hanc ſententiam totum verſiculum vertit vir doctiſſimus, *Ut Cæcias gignit pluviam, ita vultum indignabundum lingua ſimulantis.* [vel, *viri abſconſionis.*] Sed ad omnem verborum iſtorum elegantiam planè intelligendam pertinet fortaſſe & illud, obſervata inter פנים (ſeu פנה, ex quo Græcum φαίνω) & סתר ἀνλίθεσις. Sed hæc ſubtiliora, & quæ non omnes capiant. Abſiſtemus igitur.

Aliud adhuc genus paronomaſiæ, cùm alluſum verbum reticetur; quod tamen in animo loquentis fuiſſe, ſi non certa ubique fides, ſaltem probabilis ſuſpicio; quale fortaſſe, quod II. Samuelis c. XX. v. 18. דבר ידברו בראשונה לאמר שאול ישאלו באבל וכן התמו: ubi ſic amplector Junii aliorúmque doctorum interpretationem, qui ex Deuter. c. XX. v. 10. & ſequentibus, ubi leges obſidionis legitimæ proponuntur, exponunt; ut ad dictum aliquod vulgare, quale, quod Solomon poſteà inter ſacra intulit, Eccleſ. c. VII. v. 2. טוב ללכת אל בית אבל &c. & v. 4. לב חכמים בבית אבל &c. alludi credam: ut fruſtra non ſit, quod

vetus

vetus Interpres Latinus *veteris* hîc exertè *proverbii* meminerit.

Hujus generis aliud exemplum in Tſophaniæ prophetæ verbis, capite II. 4. reperire eſt, quod ut melius intelligatur, totum locum Lectori repræſentabo. Ait igitur propheta: כי עזה עזובה תהיה ואשקלון לשממה אשדוד בצהרים יגרשוה ועקרון תעקר: Quatuor hîc urbium excidia prædicuntur, alluſis ſingularum, ſed non unâ ratione, nominibus. עקרון תעקר & עזה עזובה (quæ ſunt extrema nomina) tam clara ſunt, ut nemo tam ſit oſcitans, ut ſtatim non animadvertere cogatur. Et miror interpretes, (mihi ſaltem viſos) qui de iſtis extremis monent, de reliquis tacere. Sunt ſanè obſcuriores iſtorum alluſiones: alludi tamen & illa, quamvis ratio non pateret alluſionis, ut res ipſa poſtulat; ita fidelis & ingenui erat interpretis, ſaltem monuiſſe. Nobis ita videtur: Alluſionem vocis אשקלון in eo conſiſtere, quòd אשקלון & אשם, quod *vaſtare, deſolare* ſignificat, priores duas literas eaſdem habeant. Quamvis autem non hîc ponatur אשם, ſed ſynonymum ejus (quod etiam ſono

valdè vicinum eſt) שכם (quòd ſcilicet ab iſto priore nullum formatum ſit iſtius notionis ſubſtantivum ;) ſuppleri tamen ab intelligente Lectore debet iſte defectus, ut in mentalibus id genus alluſionibus fieri ſolet. Exemplis hoc non Hebræis tantùm, ſed Græcis Latiníſque, ſi opus eſſet, poſſimus confirmare. Sed longè obſcurior in altero illo אשרוד alluſionis ratio, cujus nulla omninò expreſſa in aliis verbis indicia. Ea verò ex ipſo nomine petenda eſt. Quid enim שדד quàm vaſtare, devaſtare? quod tamen, quò magis liqueret, additum צהרים, quod ad vaſtationis & excidii ſignificationem pertinere, ſi non aliunde, ſaltem ex Pſalmo XCI. 6. diſcimus, ubi pariter ut hîc cum verbo שדד jungitur : מקטב ישוד צהרים, *à peſte vaſtante meridie.* Quorſum autem meridiei hîc fiat mentio, docti interpretes conſulendi. Sed & veteribus ethnicis meridianum tempus ſuſpectum, ut à dæmonibus neſcio quibus (aliis illi nominibus uſi:) infeſtari ſolitum. Teſtes Poëtæ. Ovidius, (ut alios nunc omittam) in Faſtis :

Nec

Nec Dryadas, nec nos videamus labra
Dianæ:
Nec Faunum, medio cùm premit ar-
va die.

Judicet jam Lector ex hoc qualicunque ſpecimine, qui verſionibus contenti ſunt, quanto illis non venuſtatis & elegantiæ modò, quæ nullo ferè non loco multiplex ingerit ſe, diſpendio conſtet iſte alieni laboris fructus; ſed etiam non rarò & ſententiæ: ut mirum non ſit, ſi qui aurium voluptate ad percipiendas rerum bonarum doctrinas, (ut ſanè partim ſciens, partim etiam inſciens multò maxima pars hominum: quod alibi fuſè probamus:) præcipuè ducuntur, à ſacræ lectione Scripturæ, ſi non abhorreant, certè non illibenter abſtineant, & aliis potiùs occupentur: Sed, in animadvertendis tamen ſacris hiſce paronomaſiis, magno judicio & ſubactis longo uſu auribus opus eſt; nequis acutior quàm cautior ineptias ſuas, & laſcivientis ingenii conceptus imaginarios pro veris ac genuinis leporibus nobis obtrudat, ac ita non ſe tantùm, ſed ſacram etiam ſcripturam, malè-feriatorum malè-feriatus ipſe ludi-

briis exponat. Non enim ſufficit ſemper ſola, vel quæcunque verborum ſimilitudo; neque omnis locus παρονομασίας opportunus: quas etiam interdum ſtudiò vitatas diligens Lector obſervabit. Sed hæc juſtum tractatum requirunt. Nec fortè de Sacrâ Scripturâ, & ejus ſtudioſis malè mereatur, qui juſtum tractatum iſtis dicaverit: ſaltem, ut illa complectatur, & accuratè colligat, quæ ſine aliquo ſententiæ ipſius detrimento non poſſunt ignorari. Nam cætera & infinita ſunt, & parum illos juvabunt, qui Hebraica (intelligentibus autem ſatis obvia:) non intelligunt.

Cæterùm, (quod aliquis miretur,) etiam in Novo Teſtamento, linguâ non Hebraicâ ſcripto, παρονομασίαι Hebraicæ non infrequentes. Tales: Rom. IX. 16. οὐ τοῦ θέλοντός, οὐδὲ τοῦ τρέχοντός, ἀλλὰ τοῦ ἐλεῶντος θεοῦ: רוץ: רצה: רחם. Sed & eandem ſententiam his ipſis verbis conceptam in Thalmude alicubi, virum quendam Hebraicè peritiſſimum me præſente olim aſſerere memini. Tale & I. Cor. I. 23. σκάνδαλον & μωρία, ut Cornelio à Lapide, viro doctiſſimo rectè

rectè notatum. Item II. Petr. cap. II. versu ultimo, ὖς & κύλισμα, quæ Hebraicè ab unâ radice חזר: & inde vulgaris apud Hebræos Proverbii ansa.

Pari quoque ratione, nisi valdè fallor, I. Tim. III. 15. στύλος (sive ἑδραίωμα) & ἀλήθεια; στύλος & ἀλήθεια, non ab unâ tantùm radice, sed uno eodémque (אמונה) verbo Hebræis designentur: atque nominatim Templi Hierosolymitani στύλοι sive columnæ, אמונות indigitatæ (II. Regum XVIII. versu 16.) reperiantur. Quòd siquis in his & similibus aliis Syrum objiciat, qui vertens non observavit, certè non expressit, interpretem; studio, an casu & ἀπροσεξίᾳ factum ab illo sit, alii viderint: meam certè de paronomasiis illis suspicionem non minuerit, cùm videam illum Joh. I. versu 14. ubi licebat illi vocem Græcam σκηνῆν, cujus singularem hoc loco ἔμφασιν, sed ex Hebraicâ voce & usu petendam, agnoscunt etiam illi, qui Christi æternitati non usque-quaque semper favisse videri possint; cùm liceret, inquam, illi vocem Græcam retinere, nec tamen à Syriacâ dialecto (quod in aliis fortasse non æquè liberum illi fuit,

ubi Hebraica differunt à Syriacis :) discedere, maluit tamen uti voce אנך, quàm voce שכך : quâ tamen alibi, ubi minor neceſſitas, non abſtinuit.

Sed ad alia tranſeamus. Non parum facit ad Hebraicæ linguæ commendationem τῆς ὀνομαλοθεσίας conſideratio : quæ cùm non humani, ſed divini ſit inſtituti, credibile eſt, ex ipſorum verborum ratione, & attentâ conſideratione, quæ ad ſapientiam faciant tum moralem tum naturalem, non pauca poſſe erui : ſi quis tamen ſobriè id agat, & Deo ipſo ſapientior eſſe non affectet. Non enim ſi etiam in verbis ſapientiæ ſuæ veſtigia quædam ſeu ſtricturas impreſſit Deus, id σεσημασμένως egit, ut ex verbis & etymologiis ſapientia peteretur ; cùm non minùs ſcientiarum qualiumcunque, quamvis hominum ſive Græcorum ſive aliorum miniſterio uſus, (modò tamen verarum & legitimarum) ſit author Deus, quàm verborum iſtorum, de quibus nunc agimus. Et illarum quidem non alio fine author, quàm ut ex illis ſapientia humana hauriretur, tanquam ex fontibus : cujus quòd ne verba quidem, quanquam

alium

alium in finem ab ipso instituta, planè expertia esse voluit, id ad majorem sapientiæ suæ revelationem factum ab illo credimus, non ut scientias (quod modò dicebamus) ex verbis peteremus. Qui ista ulterius extendunt, & de Deo, & de linguâ Hebraicâ, ut posteà pluribus ostendemus, malè merentur.

Cæterùm non negamus etiam in aliis linguis, Græcâ præcipuè, talia reperiri non pauca; plura tamen, in Hebraicâ, ni fallor; saltem pro librorum verborúmve, quæ ad nos pervenere, numero. Nec de compositis hîc ago; quorum copia, & pro copiâ fœlicitas (proprietatem ex naturâ rei petitam isto verbo intelligo;) olim Germanæ cum Græcâ communis; nunc Græcæ linguæ propria videtur esse laus. Id dico, simplicia verba Hebraica, cùm pleraque plures & diversas complectantur significationes; ex pluribus autem, unam ut plurimùm propriam & genuinam, ex quâ cæteræ, quanquam fortasse non minùs usitatæ & notæ, diversâ ratione fluxerint: hujus communionis sive propagationis rationes in non paucis tales esse, quarum explicatio, vel ad usum vitæ, vel ad naturæ

turæ cognitionem non parum conferat. Talium exempla cùm ſint in mundo plurima, ut aliis notata præteream, vox una כשל minùs intelligentibus ſufficiet hîc ad ſpecimen.

Τὸ כשל igitur in Kal, à doctiſſimo Buxtorfio, Junii, ut paſſim, verſionem ſecuto redditur, *ſecundari, proſperari*: quod aliis pleriſque, *intelligere, perſpicere, diligenter & attentè conſiderare*. Sed cùm rariùs occurrat in primâ conjugatione, & ubi occurrit, alterutra ſignificatio bene conveniat, haud ita facile, de verâ & genuinâ ſtatuere. Cæterùm in conjugatione Hiphil, uſitatiſſima ℥ *intelligere, intelligenter agere*, &c. nec minùs certa, quamvis non tam frequens, *proſperari, ſecundari*, ſignificatio. Ut ex c. Prov. XVII. v. 8. אבן חן השחד בעיני בעליו אל כל אשר יפנה ישכיל: quod Junius, [*Velut*] *gemma gratiſſima eſt munus in oculis dediti ei: quocunque ſpectet, proſperatur*. & Angl. vulg. **A gift is as a precious ſtone in the eyes of him that hath it; whitherſoever it turneth it proſpereth.** Nec aliter, præſtantiſſimi quiq; Rabbini. Græca quoq; vetus per Διοικεῖσθαι hîc exprimit. Μισθὸς χαρίτων

χαείτων ἡ παιδεία τοῖς χρωμένοις, ἓς δ' ἂν ἀπστρέψη, διοσωθήσεται Interdum junguntur, ut synonyma, מִלֵּט & שָׁלַח: ut Josh. c. I. vers. 8. כִּי אָז תַּצְלִיחַ אֶת דַּרְכֶּךָ וְאָז תַּשְׂכִּיל: quod Junius, *Tunc enim prosperaberis in viis tuis, & tunc secundaberis.* Anglica; **For then thou shalt make thy way prosperous, & then thou shalt have good successe.** appositâ tamen ibi ad oram & altera verbi significatione, [*or*, doe wisely:] ut Lectori liberum esset, quam mallet ipse, amplecti. quod & alibi sæpiùs in istâ versione observatur, ut altera in textu, altera in adversâ orâ significatio Lectori, quasi in dubiâ re, proponatur; vel fortasse, quasi in utrâque aliquid ad sententiam aut pleniorem sensum momenti esset, commendetur. Ita certè, Josuæ c. I. v. 7, & 8. I. Sam. XVIII. v. 5, & 14. sed & in nomine, ab eodem verbo, substantivo, Proverb. cap. III. vers. 4. & Psal. CXI. versu ultimo.

Hinc autem ansa sive discendi, sive meditandi, quod non unus veterum pro magno sapientiæ arcano venditavit, *suæ quemque fortunæ* (ut apud Salustium Appius) *fabrum esse*: vel, *suos cuique*

cuique mores (ut in Attici vitâ Cornelius Nepos) *fingere seu conciliare fortunam.* bonos, bonam : malos, malam : ut fruſtrà ſint homines, cùm de fatorum iniquitate queruntur, qui ſui potiùs ingenii pravitatem & ſuam ἀβελίαν culpare deberent. Planè, quod Sanctus vates; *Retribuit mihi Deus ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum ejus. Cum ſancto ſanctus eris* (vel, ut alii, *cum miſericorde miſericors eris*) *& cum viro innocente innocens eris. Cum mundo mundus eris, & cum perverſo perversè ages.* Quod & Græci, iiſdem ferè verbis, ſed contractiùs, Ἐθελῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐθελὰ καὶ διδοῖ θεός. &, Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς. &, Ἦθος ἀνθρώπων, δαίμων. quæ expreſſit Poëta Satyricus,

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia.--

Plura in eam ſententiam apud Saluſtium non uno loco : ut in bello Catilinario, *Non votis neque ſuppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur. vigilando, agendo, benè conſulendo, proſperè omnia cedunt. Ubi ſocordiæ tete atque ignaviæ tradideris, nequicquam Deos implores: irati infeſtique ſunt.* Sed eximia,

præter

præter alias, in hoc argumento præfatio Belli Jugurthini, quam adire poterunt, quibus animus. Nemo tamen vim verbi שכל pleniùs (ut ab accuratis Lexicographis exponitur) expreſſit, quàm fecit Plautus, his verbis;

Si quam rem accures ſobriè aut frugaliter,
Solet illa rectè ſub manus ſuccedere:
Atque adepol fermè ut quiſque rem accurat ſuam,
Sic ei procedit poſt principia denique.
Si malus aut nequam eſt, malè res vertunt, quas agit:
Sin autem frugi eſt, eveniunt frugaliter.

Et hæc quidem ita vera ſunt, ut ſunt alia pleraque moralia vel civilia quæ in actione verſantur: quæ non eſſe catholicæ ſive mathematicæ veritatis toties monet Ariſtoteles: ſed temporibus, & locis, & perſonis, & aliis, ut quis rectè judicet, circumſtantiis diſtinguenda & circumſcribenda pænè innnumeris. Certè omnes omnium temporum hiſtoriæ teſtantur, optima ſæpè conſilia funeſtos exitus habuiſſe; & contrà, temeritatem, perfidiam, crudelitatem,

delitatem, multis pro voto, non pro merito, cessisse: & hunc quidem (quod ait Satyricus) *crucem* pretium sceleris, alium verò *diadema* tulisse. Hinc Athenienſium fœlix plerunq; δυσβελία vulgari sermone jactata, & authoris gravissimi Platonis gravis querela, Θνητῶν δὲ μηδένα νομοθετεῖν μηδὲν, τύχας δ' εἶναι χέδον ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα Sed neq; minùs hoc divini verbi authoritate nititur, ut vix aliud quicquam testatius esse possit. Ex multis, uno aut altero loco contenti erimus. Eccles. VII. *Ista omnia vidi diebus vanitatis meæ: esse justum, qui pereat justitiâ suâ: & esse improbum, qui prolonget dies in malitiâ suâ.* Et ibidem paulò post: *Convertens me animadvertebam sub Sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam, sed tempus casúmque intervenire omnibus his.* Non enim probatur illorum mihi sententia, qui Solomonem quasi *ex sensu carnis* hæc pronuntiare volunt; cùm res ipsa luculentis aliunde Sacræ Scripturæ testimoniis confirmari possit; modò illa, עת ופגע *tempus & casum*, ut

Ecclesiast. VII. v. 15.
Ib. IX. 11.

ἡ τύχη crebrò in veterum Ethnicorum commentationibus, pro Deo & divinâ providentiâ, quod & ratio ſuadet, accipiamus.

In hanc igitur ſententiam dicemus, non ſine cauſſâ factum eſſe, quòd idem verbum שכל apud Hebræos & *ſapientem eſſe* & *proſperari* ſignificet, cùm humana (ſi quidem vulgi judicia perpendamus:) non aliud ſit ut plurimùm ſapientia, quàm bonus ſucceſſus. Dion Caſſius in hanc rem: Πολλὰ γὰρ ἤδη τινὲς οὐκ ὀρθῶς ὀπτυχήσαντες ἐλόξαν, ὅτι ὀπτυχεῖς αὐτῶν ἐγένοντο, ἀβελίας ἔχον, καὶ ἔτι ἐσοῖ ἄειρά τινα προσελόμενοι, μωρίαν, ὅτι μὴ καλέπτυχον αὐτῶν, ὄφελον. Quæ Plinius Secundus in quadam Epiſtolâ paulò latiùs ita expreſſit; *Eſt omninò iniquum, ſed uſu receptũ, quòd honeſta conſilia vel turpia, prout malè aut proſperè cedunt, ita vel probantur, vel reprehenduntur. Inde plerunq; eadem facta modò diligentiæ, modò vanitatis; modò libertatis, modò furoris nomen accipiunt.* Tacitus in Germania de Cheruſcis, populo Germaniæ, *In latere Cauchorum Cattorúmque*, &c. *Itaque, qui olim boni æquíque Cheruſci, nunc inertes ac ſtulti vocantur.* Dion. Caſſius l. XLV.

tur. Cattis victoribus fortuna in ſapientiam ceſſit. Hoc idem, multi alii, Græci Latiníque. Sed quia Plauti jam in ſuperiore uſi ſumus obſervatione, etiam hîc adhibebimus.

Centum (ait ille) *doctûm hominum*
conſilia hæc una devincit Dea
Fortuna: atque hoc verum eſt, perinde ut quiſque eâ utitur,
Ita præcellet, atque exinde ſapere eum
omnes dicimus.
Benè ubi quod diſcimus conſilium accidiſſe, hominem cautum eum
Eſſe declaramus; ſtultum autem illum, cui vertit malè.

Sed hæc tamen (ut obiter hoc interſeramus:) utcunq; habeant humana ſive jura, ſive judicia; certum eſt, apud Deum unam eandémq; veri boníq; regulam eſſe, ad quam exigenda olim omnia facta conſiliáque: ad quam etiam provocat Apoſtolus, I. Corinth. cap. IV. verſu 5. Ut *divinus* Hippocrates, nunquam meâ ſententiâ magis divinus, quàm cùm velut ex ſacro tripode ita

ſancit:

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [106] - 94
PUBLIC DOMAIN

ſancit: * ΠΑΝΤΑ ΚΑΤΑ ΛΟΓΟΝ ΠΟΙΕΟΝΤΙ, ΜΗ ΓΕΜΟΜΕΝΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΛΟΓΟΝ, ΜΗ ΜΕΤΑΒΑΙΝΕΙΝ ΕΦ ΕΤΕΡΟΝ, ΜΕΝΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΔΟΞΑΝΤΟΣ ΕΞ ΑΡΧΗΣ. id eſt, *Omnia ſecundùm* RATIONEM *facienti, ſi non ſuccedunt omnia ſecundùm Rationem, minimè tamen ad alia tranſeundum, ſed iis ſtandum conſiliis, quæ à principio placuere.* Aliter quoque verti poſſe poſteriora verba non ignoramus; Sed eâdem tamen (ad nos quidem quod hîc attinet) manente ſententiâ.

* Hûc alludit Syneſius Epiſt. 102. Συνίσημι τῇ φιλίᾳ καὶ τῇ ῥᾳθυμίᾳ τῇ σῇ τὸν θαυμάσιον Σωσηνᾶν· ᾧ πλὼ διὰ λόγων παφένλι καὶ αὐξηθένλι, τὰ παρὰ τῆς τύχης ὀκ ἀπανλᾷ καλὰ λόγον. Sed quò ᾧ illud referamus? an ὅδον vel τέχνην ſubaudienda? Suſpicor Syneſium ᾧ δὴν, (non πλὼ) ſcripſiſſe; quod verbum eſt poeticum, qualia apud Platonem plurima.

Cæterùm, ut in priore illâ ὄπτασί (ita enim vocant Græci) ex diverſâ vocis Hebraicæ ſignificatione magnum pondus ad excitandos animos ad ſtudia prudentiæ, cui tantum & divinæ tribuunt & humanæ literæ: ita in poſteriore hâc, non minùs ad deterrendam ſuperbiam, & nimiam ſuî fiduciam, (fatalem ferè præſtantiſſimorum ingeniorum labem:) cùm ita nobiſcum identidem reputabimus, nullam eſſe tantam humano-

humanorum consiliorum firmitatem & præstantiam, quæ non subitò quasi de cœlo tangi, & inimico sidere afflari possit; nullam tantam prudentiæ & sapientiæ inter homines opinionem, multorum quamvis annorum perpetuis successibus partam, quæ non horæ momento in temeritatis (ut humana sunt judicia) & stultitiæ invidiam vertere comparata sit: quam quidem ταπεινοφροσύνην; vel, ut Plato nuncupat, σωφροσύνην, qui arcem statuunt humanarum virtutum, non malè mihi judicare videntur. Sed hoc obiter.

Ad hoc igitur instar multa possunt expendi in linguâ Hebraicâ non inutiliter. In hâc autem linguâ, quamvis similia suppeditent & aliæ, tantò magis, quantò major, ut jam diximus, est ἡ ὀνομαθέτης authoritas. Et sunt ingenia, quæ talibus citiùs capiantur, in quibus aliqua inest subtilitatis species, quàm solidiore doctrinâ, quæ vel ex vetere philosophiâ, vel ipsis sacris literis peti potest. Horum quoque rationem haberi nihil vetat, modò tamen modus adhibeatur, & ad meram μελεωφρολογίαν & περιλογίαν res non procedat.

Mirum

Mirum quàm transversos, viros alioquin etiam graves & doctos, egerit nimius amor & immodicum studium. Nam quis credat, homines non illiteratos, & mentis compotes esse repertos, qui Cabalistarum, non παγνια dicam, sed mera deliria & portenta; hominum seu naturæ vitio, seu superstitione fatuorum ac cæcorum inventa, pro magnis mysteriis, nec illotis manibus tractandis ostentarent? Qui omnes scientias ac disciplinas, humaniores & sacras, & quicquid tot libris, tanto studio aliunde petitur, ex Alphabeto, si Diis placet, Hebraico; aut certè ex linguâ Hebraicâ peti posse, impensâ contendunt & aliis persuadere conantur operâ? Mihi quidem minùs mirum, id unum aliquem, doctum alioquin gravémque, sibi persuasisse, qui mentis humanæ fragilitatem, & impotentis amoris quàm mirabiles effectus interdum sint, non uno documento comperi. Sed ægrorum & malè-sanorum somnia à sobriis & vigilantibus magni fieri, tantò major, ut mihi quidem videtur, & intolerabilior insania est. Sed parum est, ista hominibus natis contigisse, nisi

eâdem operâ in linguæ Sanctæ injuriam & contumeliam ista hominum deliria redundarent. Talibus enim (quæ parùm à Magicis præstigiis distant:) haud pauci meritò offensi, si non in ipsam linguam culpam omnem conferunt, certè ab ejus studio, ne & ipsi tales evadant, haud illibenter abstinent.

Herbarum viribus quantum tribuerit medicorum Deus Hippocrates, ex ipsius, quæ extant hodiéque scriptis, cuivis liquere potest. Post illum multi hoc studium excoluerunt, &, ut fit, quædam, quæ Hippocratis ætate comperta non erant, in lucem protraxerunt, ex quibus naturæ vis, & naturæ opificis Dei sapientia cum potentia conjuncta tantò magis nosceretur. At postquam inventi sunt inter Romanos, qui herbarum vi cœlo lunam deduci; Solis & Lunæ defectus; imbres, grandines, serenitatem, tempestates induci; exercitus fugari; mortuos in vitam revocari; & nihil non illis effici tuerentur; jámque in fabulas ineptissimas, & multiplicem superstitionem versa esset utilissima scientia; extitit subitò quidam Asclepiades, Pompeii magni ætate, qui per-

pertæsus Oratoriæ professionis, huc totum se convertit, & inducta novâ medendi ratione, omnem usum herbarum, non minùs naturalem quàm magicum, penitùs sustulit & abrogavit. *Super omnia*, ait Plinius, *adjuvere eum Magicæ vanitates, in tantum evectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent.* Hoc dicit Plinius, magicam illam virtutem, quam homines vani & impostores herbis falsò tribuebant, præcipuè in causâ fuisse, quòd nova Asclepiadis medicina, quæ nullum herbarum in medicinâ usum agnoscebat, tam facilè recepta sit. Id ita in multis aliis contigisse certum est, ut nimius amor, aut nimiæ laudes plus obfuerint, quàm professa potuissent odia & vituperia.

Nam quod ita colligunt nonnulli, cujus Deus author ipse sit linguæ, non posse, quin magnæ sint ejus præ cæteris prærogativæ; modò prærogativas intelligant, quæ sint linguarum propriæ, haud gravatim concedemus: sin ad alia, quæ alterius sunt generis, extendant; respondemus, Deum νόσμε & δυναξίας authorem, etiam linguis suas metas posuisse: ut illi frustra sint, & in

Deum ordinis authorem injurii, qui, quod linguarum non eſt proprium, à linguis petendum ſanciunt. Fuit & terra, quam Dei populus incoluit, non uno ſancta nomine: quam etiam Deus ipſe ſuo non ſemel encomio nobilitare dignatus eſt. Scimus tamen fuiſſe etiam alias fertilitate non minùs celebres, & multarum rerum, quibus illa caruerit, eximiarum feraces. Quòd ſi noluit Deus, ut una omnia, quamvis alioquin una ſanctitatis ornata titulo, & quaſi privilegio, terra ferret: quæ rationis aut veri ſimilitudo, in tanto ſacræ ipſius Scripturæ ſilentio, & ipſâ quaſi reclamante naturâ rerum, nos inducat, ut credamus, Deum ſcientiarum & doctrinarum, quibus vel humanæ regantur actiones, vel naturæ ſecreta pandantur, quaſi facultates & ſemina, verbis Hebraicis & literarum apicibus indidiſſe? Quòd ſi lingua Hebraica, aut verò Alphabeti Hebraici literæ, quòd ab uno ſint immediatè Deo, ideò ad omnia debent ſufficere, quantò magis ad ſingulos Sacræ & θεοπνεύστε Scripturæ libros id transferamus, multum eorum dignitati detrahere, qui neget ſingulos,

ſaltem

ſaltem quæ ad ſalutem noſtram neceſſaria ſunt, omnia continere? Hoc alius poſteà, ad ſingulos fortaſſe, quo miraculum creſcat ſcilicet, & cum miraculo reverentia, verſiculos transferat: parùm interim ſolicitus, quid alii, pari libertate, de Deo judicaturi ſint, qui, cùm tam pauca ſufficerent, tam multa eſſe voluerit. Cæterùm, non in mediorum, aut paucitate, aut varietate, Dei gloria conſiſtit: ſed in eo, ut, quemadmodum ipſam vitæ uſuram, ita quæcunque, quibus hæc vita ſuſtentatur, ornatur, fovetur, accepimus; bonorum omnium Deo authori in ſolidum adſcribamus; neque dubitamus, qui phrygionicæ artis & polymitariæ, aliarúmque id genus, Exodi capite XXXV. & agriculturæ, quæque ad agriculturam pertinent, arcanorum, Eſaiæ c. XXVIII. verſ. 23. & ſequentibus, ſibi vindicet inventionem; quin idem aliis cujuſcunq; nationis aut linguæ ingenium ſuffecerit, quo artes & diſciplinas vitæ utiles invenirent, aut inventas expolirent: ut ad linguæ Hebraicæ ſanctitatem minimè opus ſit recurrere, ut de Deo authore & inventore gloriemur.

Solet à multis, inter Hebrææ linguæ laudes, & Rabbinicorum librorum utilitas commemorari : ad quos, per hanc linguam, & diligentẽ S. Scripturæ lectionem, non admodum difficilis aut operosus est aditus ; iis præcipuè præsidiis munitis, quæ tum aliorũ, tum præcipuè Buxtorfiorum laudatissima nobis opera paravit. Multa sanè in hoc eruditionis genere à viris præstantissimis esse præstita, ex quibus auctior intelligentia Sacræ Scripturæ facta est, & multa fœliciter illustrata, quæ densissimis obruta tenebris erant, nemo æquus rerum æstimator negaverit ; de quo multorum extant commentationes, qui & argumentis & exemplis plurimis ita rem habere docent. Cùm tamen ita fateantur omnes, & res ipsa probet, vastam molem impurissimi sterquilinii vertendam esse, ut aliquæ auri micæ legantur, quæ ex aliis literis longè minore & laboris & temporis dispendio colligi possint : nisi quis ingenii proprii ductum potiùs (cujus magnam quisque in instituendis studiis rationem habere debet,) quàm rationis & judicii sequatur ; aut magnis opportunitatibus invitetur, an tanti sit

opera,

opera, neſcio. Nam qui ſe totos ad hoc ſtudium applicârunt, ut abditiſſima quæq; rimarentur, & viam aliis facilitarent, quin illi vel meritiſſimis de republicâ literariâ, & ſacris ſpeciatìm literis, viris accenſendi ſint, nemo ſanus & æquus dubitat. Nec de ſummis illis ingeniis, quibus, raro fœlicitatis exemplo, in pluribus excellere & aliis prodeſſe datum eſt, nobis hîc ſermo. Alii, qui ſtultâ perſuaſione & ambitione inducti, quaſi ad faſtigium eruditionis perveniſſent, quicunque Rabbinica, quantum ad oſtentationem ſufficiat, delibârunt, hoc ſtudium avidè arripiunt, neglectis interim (quòd in medio poſiti ſint) aut ſtrictim & ſaltuatim inſpectis, ex quorum aſſiduâ lectione ſolida pendet eruditio, Græcis Latiníſq; ſcriptoribus; horum ſi minor eſſet numerus, noſtra hæc nihil, opinor, Reſpublica detrimenti caperet. De quo plura fortaſſe, ubi de linguæ Græcæ præſtantiâ tractabimus. Hîc interim viros doctos, & in his ſtudiis verſatos libenter conveniam, majorem aliquantò otii ſui & lectorum ſuorum patientiæ rationem ut habeant, quàm multorum

hodiè mos eſt. Ita enim multi quicquid Hebraicè ſcriptum eſt, ſine ullo delectu aut diſcrimine, ſtudioſè conquirunt, & lectoribus ſuis pro bona & vendibili merce obtrudunt, quaſi ſatis hoc cuicuimodi ſcripto conciliaret authoritatis, quòd Hebraicè ſcriptum ſit: cùm tamen certum ſit, multa iſtius generis & linguæ ſcripta extare, quæ ab hominibus idiotis, circulatoribus, & agyrtis, nullâ vel leviſſimâ melioris alicujus literaturæ tinctură, imbutis, profecta ſunt: quorum nugæ næniæq; cur à quoquam alio loco ſint habendæ, quàm quæ quotidiè in triviis ab otioſis balatronibus & pannuciis mulierculis garriuntur aut cantillantur, cauſam nullam video.

At illud majoris aliquantò momenti, eò proceſſiſſe ſtudium doctorum quorundam, ut importunâ Thalmudicorum locorum & teſtium citatione, clariſſima quædam de Chriſto teſtimonia convellere ſint aggreſſi. Obſervatum non uni, ſi benè memini, ſolitos Judæos veteres dicere, Mundum Meſſiæ cauſâ creatum eſſe. Hoc arripit vir ſine controverſiâ Maximus, & de republica literariâ inter paucos meritus, ſed in

Chriſti

Chriſti cauſâ, neſcio quo fato ad Socinianos in devexâ ætate propenſior; hoc ille, inquam, ſtudioſè arripit, ut de mundo per Chriſtum creato clariſſima aliquin teſtimonia nobis eripiat. Ait igitur Apoſtolus, Chriſtum hæredem omnium à Deo conſtitutum eſſe, δι' ὃν καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. Vult ille, δι' ὃ, valere, δι' ὃν; non, *per quem*, ſed *propter quem*. Ideò autem, inquit ille, hæc interpretatio hoc loco maximè ſe probat, quia ad Hebræos ſcribens videtur reſpicere ad vetus dictum Hebræorum; propter Meſſiam conditum eſſe Mundum. Rurſus idem Apoſtolus Pſalmiſtæ verba, Σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ; (quo quid clarius aut illuſtrius à quoquam dici poteſt, aut fingi?) Chriſto aptat. At hîc quoque, Quia conſtabat, inquit, inter Hebræos, Mundum hunc Meſſiæ cauſâ conditum eſſe: (quid, quæſo?) ideò τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, id eſt, *cauſa fuiſti, cur fundaretur*: &, *opus manuum tuarum*; *id eſt, propter te factum: nam* על *Hebraicè & Chaldaicè etiam Propter ſignificat*: &c. Hujus generis plura, apud eundem. Sed hæc fortaſſe, dicet

dicet aliquis, ex nimio potiùs erga partes illas, quibus addictiorem fuiſſe modò dicebamus, ſtudio profecta eſſe; quàm ex ullâ tali κακοζηλίᾳ, de quâ nobis hîc ſermo.

Iſaiæ capite I. verſu 18. *Venite jam, & diſceptemus, dicit Dominus; Si fuerint peccata veſtra, ut coccinum; quaſi nix, dealbabuntur: & ſi fuerint rubra, quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Quis dubitet, quin elegantiſſimè Propheta & ex notiſſimâ ratione peccatis & ſceleribus in genere rubrum colorem tribuerit, cùm natura colorem illum (niſi quis ἀπονενοημένος, aut, Apoſtoli φράσει, κεκαυλημασμένος τὴν συνείδησιν, occalluerit) ſauciæ conſcientiæ indicium eſſe voluerit? cùm præterea de ſanguinolentis hîc ſpeciatim legatur (*quorum manus ſanguine plenæ*, verſu 16.) quibus iſte color peculiari quoque ratione convenit. Jam hoc multis linguis commune eſt, ut intenſioris tincturæ ſimilitudine tum vitia tum virtutes exaggerentur, unde Græcis διοσπαὸς βαφὴ, & id genus alia, de quibus, tum alii, tum b. m. parens ad Perſium non uno loco. Nivei autem coloris imagine,

(cum

(cum quo certare, in istis locis, albedine laneum notant hîc viri docti:) quæ non utitur lingua ad simplicitatem animi & innocentiam morum indicandam? Hinc *candor*, *nivei mores*, & id genus alia plurima, vulgò nota & usurpata. In his igitur omnibus cùm nihil à communi usu alienum sit, sed omnia vulgari sermone tritissima: sunt tamen viri insigniter docti qui ad traditiones Thalmudicas, (quarum certitudo ab eorum fide tota pendet, qui tot mendaciis & fabulis passim scatent,) de particulâ nescio quâ coccineâ inter cornua hirci emissarii, &c. appendi solitâ, nos ablegant, & inde sensum verborum Isaiæ petere jubent; quæ qui aliter, quàm ex Thalmude, interpretentur, cæcos eos (hîc quidem certè) valde ἀπολόμως pronuntiant.

Jam Christus in ultimâ cœnâ, poculo discipulis porrecto, ita eos affatur; λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός. Hîc primò certum est, Christo præcipuè propositum fuisse, ut de morte suâ propinquâ suos com-

commonefaceret, cùm multùm (ad faciendam Divinitatis ſuæ fidem) nihil ſibi accidiſſe, quod non prædixiſſet, diſcipulorum ſuorum intereſſe intelligeret. Cæterùm, ut ex re natâ & præſente prædicendæ mortis; ita, ex verbis, quibus mortem prædicit, occaſionem ſumit conſolandi diſcipulos, venuſtâ & non inſolente in Sacris Scripturis ἀνθαναιρέσει, ἀπὸ τῶν ὀρθῶν, ad τὰ ἀόρθα καὶ νοητὰ, converſâ verborum notione. Qui igitur alibi *panis*; qui *aquæ*, pro re natâ, ſcaturientis uſus erat ſimilitudine, ad regni cœleſtis ſeu præſentes ſeu futuras opes & delicias exprimendas: qui obedientiam alio loco, cibi quotidiani appellatione ſignaverat: idem nunc cœleſtia illa gaudia, quibus ſanctæ, vel in hâc vitâ adſperguntur & ſuſtentantur animæ; vel olim pleno hauſtu perfruentur; vini cujuſdam præſtantioris, quod beati potaturi ſint, adumbrat ſimilitudine. Vini autem proprium eſſe, ut cor hominis lætificet, & humanæ teſtantur literæ, & divinæ. Huc etiam pertinent & iſta Lucæ XXII. v. 29, 30. Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου, βασιλείαν· ἵνα ἐσθίητε καὶ

καὶ

καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου, ἐν τῇ βασιλείᾳ μου.

Quàm verò à communi usu non abhorreat, ut cœlestia gaudia cibi potúsve vario apparatu significentur, vel ex Homero discamus, qui cùm alibi (ut Plutarchus, Porphyrius, aliíque veteres observant) Diis suis immortalitatem eo potissimùm asserat argumento, quòd ἐδητύν τε πόσιν τε, ἐδητύν τε πόσιν τε ἀίθοπα οἶνον: idem tamen eosdem Deos convivia inter se agitantes frequenter nobis exhibet. unde & *Divorum epulas*, apud Latinos; & δαλίας, apud Græcos pro ἀθανασίᾳ sive immortalitate poni interdum, doctissimi viri rectè docuerunt. Hoc sufficere poterat: sed animadvertenda præterea in Christi verbis vox γενὸν, quâ non de communi usitatóque vino agere se satis apertè indicat: cujus vim vocis ἐμφαλιωλάτης doctissimus Camero diligentiùs hîc expendit & explicat. Quid igitur opus, ad Judæorum fabulas de uvis à creatione mundi servatis, quas qui manducaverint, vitam eos æternam possessuros traditum sit in ipsorum Onirocriticis: Quid, inquam, opus, ad istas somniantium fabulas recurrere, ut

ut ad istas uvas à Christo dicamus alusum? Mihi sanè non videtur: quod tamen quia viris quibusdam maximis aliter placuisse video, liberum per me Lectori sit, ut, quod ipse maluerit, amplectatur: cùm nec alio fine hæc à me proferantur; non ullâ sanè viris maximis contradicendi libidine; sed ut cautiores sint, qui talia legunt, nec omnia, magnis illecti nominibus, sine delectu aut judicio adhibito amplectantur. Sed & illud observatione dignissimum, quod harum literarum peritissimis monitum est, haud pauca reperiri in veterum Judæorum scriptis, quæ ex verbis & historiis Evangelicis detorta & depravata esse res ipsa fidem faciat. A primis autem illis, qui quondam ad Christum, sed non plenè, conversi, ad παλαιοδόξους opiniones & superstitiones redierunt, (sic tamen, ut aliquid ex pristino Christianismo, quo suorum commenta incrustarent & auctiora facerent, retinerent;) Judæis esse profecta talia, iidem illi viri doctissimi, rectè censuerunt: quale quid cùm veteribus quoque paganis contigisse, (de quò alibi pluribus) observaverimus; non est, quod

quod in Judæis tantò propioribus miremur. Sed de doctrinâ Thalmudicâ quid in genere cenſendum ſit, & quibus ea cautionibus amplectenda, conſulant ſtudioſi profundæ ſimul eruditionis & judicii virum, Johannem Seldenum, in opere eximio *De Jure naturali Hebræorum*, &c. cujus nos judicio libenter ſubmittimus.

Patrum aut avorum noſtrorum memoriâ rari erant, qui literas Hebraicas attingerent, quod partim difficultas (iſtis temporibus) nonnullorum, qui tardiores, conatus in ipſo limine deſtitueret; partim verò rei inſolentia, alios omnia majora, quæ ignota, ſuſpicantes terreret, & procul arceret. Nunc verò ſtudio iſto ad ſummam facilitatem doctorum laboribus perducto, viáque jam vel puerorum ſolis tritâ, non tam neceſſaria videtur nova, ad capeſſenda, exhortatio; quàm capeſſentibus, ut cum verecundiâ tractent & ſobrietate, præmonitio. Satis Hebraicæ linguæ conſulit, quiſquis illi ſuam antiquitatem & ſanctitatem aſſerit; neque puto, unquam tam malè cum gente Chriſtianâ agetur, ut non ſumma ejus linguæ utilitas

&

& dignitas inter Christianos agnoscatur, quâ potissimùm Deus sacræ suæ voluntatis arcana, quibus ad cœlos aditus hominibus pateret, consignare dignatus est. Cæterùm in tanto, quantus nunc ubique est, Hebraizantium numero, dum pro suo quisque studio nova, quibus studium hoc provehat ac commendet, argumenta excogitat, haud pauca interdum etiam à doctis afferuntur, quæ si ad obrussam veritatis exigantur; ad ostentandum potiùs ingenium excogitata meritò videantur, quàm augendam apud graves & solidi judicii viros hujus linguæ æstimationem.

Scripsit Johannes Chifletius, haud vulgaris ingenii vir, sed partibus addictissimus, *Apologeticam* ad linguam sanctam *Paræneſim*, Antwerpiæ excusam Anno Domini 1642. In eâ multa de linguâ & literis Hebraicis, quæ non sunt hujus loci: sed duo præter alios Sacræ Scripturæ loci tractantur, quos dissidentes ab Hebraicis fontibus vetustissimæ quædam versiones suspectos nonnullis reddidere.

Quod Exodi capite VI. versu 30. *Et*

ait

ait Moyſes coram Domino, חן אני ערל שפתים ואין ישמע אלי פרעה: quod hodiè legitur apud Græcos interpretes, Ἐγὼ ὁ ἀπειτμητος τοῖς χείλεσιν, &c. à Clemente Romano, Sancti Pauli diſcipulo, ita laudatur, Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας: Hunc enim locum haud dubiè voluit Clemens, & nugantur, qui ad Pſalmum CXIX. verſu 83. eum reſpexiſſe, & Moſem pro Davide errore memoriæ poſuiſſe cōminiſcuntur, cùm tam Græca, quàm Hebraica longè ab iſtorum verborum, de quibus quærimus hîc, abſint ſententiâ. Contendit Chifletius legiſſe Græcos, (quam etiam pro verâ ac genuinâ lectione nobis commendat) ואני עד לשפתים; totidem quidem vocibus & literis, ſed aliter diviſis. Ingenioſa certè conjectura, ſed quam miror Chifletium cuiquam ſe paulò cordatiori probaturum credidiſſe, niſi priùs (ὅπερ ἔδει δεῖξαι) שפרה vel שפתים pro χύτρα: tum verò עד pro ἀτμίδι in ſacrâ Scripturâ, aut ſaltem Rabbinis, aut ullâ linguarum, (quod hactenus mihi non obſervatum fateor) quæ ad Hebraicam propiùs accedit, reperiri probâſſet. Præterea,

propter unum Clementem, cùm nulla verſionis iſtius Græcæ, apud ullos antiquos Patres aut alibi, extent veſtigia; confirment autem plurimæ verſiones veteres Hebraicam lectionem; cùm alii, ἀπειτμηΘ; ἀλόϛιΘ, alii; alii, ἀκεόϛυϛΘ; alii denique, ἐ κἀδαρΘ, verterint; quæ omnis varietas eôdem redit: propter unum, inquam, illum Codices Hebraicos ſollicitare, periculoſi res exempli eſt, & hominis magis ingenio ſuo fidentis, quàm pudori conſulentis.

Cùm autem haud pauca iſtius generis alia mirarum verſionum & varietatum exempla apud veteres, unum pluréſve, patres extantia reperiri poſſint; non eſt, quòd adeò miremur in hanc à cæteris adeò diverſam verſionem unum ex antiquis, qui ad nos pervenerint, Clementem incidiſſe. Si conjecturæ ſit locus, quid in mentem iſta ſcribenti venerit, Lectorem non celabo: Sciolum aliquem fortaſſe, nec diu in Sacrâ Scripturâ verſatum, cum non intelligeret, quid iſta ſibi vellent, ΑΠΕΡΙΤΜΗΤΟϹ ΤΟΙϹ ΧΕΙΛΕϹΙΝ, & iſtis verborum prodigiis (neque enim aliter judi-

judicare poterat, qui ex vulgari Helleniſmo de illis judicaret) non parùm offenderetur, aliquid quæſiviſſe, quod & ſententiæ non malè conveniret, & ad ſcripturam ipſam, quàm proximè poterat, accederet. Annon hoc tale; ΑΠΕΡ ΑΤΜΙΣ ΑΠΟ ΧΥΤΡΑΣ? Ingens, dices, in poſterioribus verbis & literis diſcrimen. At hoc aliquid eſt, quod in prioribus aliquid affine: cum mutationum talium non deſint exempla, ubi & ſententia & ſcriptura conſultò planè mutata. Et fortaſſe vetus aliquod dictum Græcum reſpexit author iſtius mutationis. Eſt enim ἀτμὶς propriè, vel ἄτμος, ἡ ἐξ ὑγροῦ ἀνάδοσις, ut Heſychius; vel ἡ τοῦ ὕδατος ἀναπνοὴ, ut author Etymologici; qualis ex ollâ, igne ſuppoſito, fervente & bulliente ſolet aſcendere: unde & verbum Anglicum, **Steame**, de tali vapore propriè: ex Græca haud dubiè (ut infinita alia, & propè omnia, quæ verè Anglica, ut nos alibi probamus:) origine. Sed de conjecturâ hâc noſtrâ Lector pro ſuo jure & arbitrio ſtatuet: neque de eâ quid judicii laturus ſit, valdè laboro ego. Sed & Chifletio non illibenter conceſſe-

rim, fieri posse, ut verba Hebraica, quemadmodum ille digerit, aliquis Hebraismi non valdè peritus legerit; & quia, quam ex illis exculperet, alia melior non suppetebat sententia, in istam versionem incidisse: facilè enim ad ἀτμίδα & χύτρας significationem ab audaciore aliquo verba illa Hebraica torqueri potuerunt: eam autem veram esse & genuinam sive lectionem sive sententiam, tum alia repugnant plurima, tum loci hujus collatio cum gemino altero, cap. IV. vers. 10. ut omittam, quod ex proximè sequentibus verbis peti potest argumentum, quibus magis consonum est, ut dicat se Moses, *incircumcisum labiis*, ἀλόγου, (facundorum enim est, persuadere:) quàm ἀτμίδα ἀπὸ χύτρας.

Alter locus, in quo Chifletius ingenium suum experitur, sunt illa Psalmi XCVI. versu 10. יהוה מלך אף־תכון תבל: quæ Græcus, qui pervenit ad nos, interpres reddidit, Κύριος ἐβασίλευσε, καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην. Latinus; *Dominus regnavit: etenim correxit orbem terræ.* At, inquit Chifletius, constat, tum ex Justino Martyre, tum

ex

ex Auguſtini commentariis, olim lectum, ἐβασίλευσεν ἀπὸ ξύλου: *Dominus regnavit à ligno.* Potuit dicere, ex Tertulliano & Cypriano quoque: qui quantò Auguſtino anteriores, tantò ad rem magis hîc eorum teſtimonium. De his autem verbis, ἀπὸ ξύλου,, dudum quæſivere tum alii, tum Nicolaus Fullerus Anglus, in Miſcellaneis ſuis, integro capite; & in tantâ ſimilium aſſumentorum, integrorum etiam aliquando verſiculorum, copiâ, quantam tum Fullerus, tum alii plures obſervârunt, poterat ſufficere, quòd vir ille doctiſſimus & acutiſſimus ſuper eo commentatus eſt. Doctiſſimus Junius in ſuis ad Tertullianum Notis conjiciebat, fieri poſſe, ut lippiens aliquis pro ἐβασίλευσεν, legerit ἐξ ξύλου. Ego potiùs dicerem ineptulum aliquem verbum βασιλεύειν alludere voluiſſe, quaſi eſſet βαξυλεύειν, aut ex eâdem, quâ ξυλεύειν ſeu ξυλεύομαι, origine. Permutari ſanè interdum iſtas literas, ut in ἀνάξυεις pro ἀνάσυρεις, &c. notat Euſtathius alicubi: nec magnum in Scripturâ diſcrimen. Sed quid Chifletius? A vulgari ac tritâ verſione, quam hodierna exhibent exemplaria,

plaria, quámque ut receptam olim, ac vulgò notam agnoſcit; ad magis occultam & Cabaliſticam provocat, quam talem fuiſſe ſibi fingit: והוה מלך אף־ת כון תבל: Eædem, inquies, literæ, ſive אף־ת כון ſive אף־תכון legas: nec caret exemplo. Sed quo, quæſo, exemplo Hebraica illa, ut ſcribit ille אף־ת, non Hebraicè, ſed Græcè legenda, ἀπὸ T. & inde, ἀπὸ ξύλα? O mirificam Cabalæ vim! quæ, quicquid delirant homines; quicquid ſive valentes, ſive ægroti; ſive vigilantes, ſive dormientes ſomniant; id omne in ſcientiæ ſecretioris arcana, in pura puta myſteria convertere poteſt: ut jam nullus ferè cerebri morbus ſit, qui ſpecioſo hoc Cabalæ nomine curari aut certè tegi non poſſit. Hac arte nuper (ut veteres omittamus) Robertus Fludd, & Thomas Alabaſter, Angli, ingentibus voluminibus editis, ſuam ſapientiam nobis approbârunt: mira & ignota priùs myſteria revelârunt; omnibus denique, ſolemnia deſipientibus & faſtidientibus; mira, inaudita per mare, per terras conſectantibus, ingentes delicias & lautitias apparârunt. *At* (inquit Chifletius) *res*

quamvis

quamvis admirabilis, & tot retrò seculis inaudita, usque eò tamen jam certa exploratáque mihi videtur, ut literam ת *fœlicem ac salutarem fuisse apud Hebræos, & crucis Dominicæ figuram re & formâ prætulisse, supervacuum sit hoc loco ex Ezekiele & antiquis Samaritanorum literis ostendere.* Imò minimè supervacuum, quando de loco Ezekielis, qui rationibus haud levibus inducti, tum veteres, tum recentiores aliter statuant, haud pauci sint. In ipsius Prophetæ verbis nihil esse, quod nos ad istam compellat aut inducat interpretationem, modestissimi quique ex illis partibus agnoscunt. *Non tamen prætereundum arbitror*, ait doctissimus Sixtus Senensis, *nomen Tau, tam pro extremâ literâ Hebraici Alphabeti accipi, quàm pro quocunque signo. unde cùm apud Ezechielem non ipsius literæ Thau sola figura* ת *separatim scripta sit, sed tota ipsa dictio* תו, *quam ferè omnes signum interpretantur; incertum sanè est, an verba prophetæ vel de ipsâ literâ Thau, vel de quopiam alio signo intelligenda sint.* Hactenus ille. Ad Thau autem Samaritanorum quod attinet, si hodiernas

eorum literas inſpiciamus, quis inficiari poſſit, non magis illi cum figurâ crucis convenire, quàm Cani, quod in veteri verbo, cum balneo. Nullam tamen in Alphabeto Samaritano mutationem interveniſſe, faciunt Origenis & Hieronymi verba, ut aſſeverare non audeam. Sed quando, aut quâ occaſione, magnum meo judicio præſtitiſſet Chifletius, ſi nos docuiſſet. Scaligerum, ad quem nos docti viri rejiciunt, adibunt & conſulent, quibus adeundi (quæ nobis negata nunc eſt,) copia.

Sed hoc ferri poteſt, in quo nimiâ tantùm ſubtilitate peccatur, cujus apud multos non parva gratia, nec adeò difficilis, matureſcente judicio, emendatio. Illud non ferendum, à Chriſti exemplo & verbis, talibus præſtigiis arceſſi patrocinium, quo nihil ad fidem Chriſtianam funditùs evertendam, & invehendum atheiſmum, dici aut cogitari poſſit efficacius. Chriſti autem verba, Matth. capite V. verſu 18. & Luc. capite XVI. verſu 17. in quibus unius Iota & μιᾶς κεραίας fit mentio, quàm nihil ad rhombum, pluribus oſtenderem, niſi ab aliis jam abundè præſtitum eſſet,

eſſet, à quibus locutionis iſtius proverbialis vis & ratio dilucidè explicata. Ludovici tamen Capelli, viri doctiſſimi & in Thalmudicis verſatiſſimi, hac occaſione verba, quia apprimè ad rem faciant, Lectori Rabbinicæ literaturæ cum ſobrietate ſtudioſo, libens commendabo: *Sic autem*, ait ille, *loquitur Chriſtus, non ut probet Phariſæorum, de illis cornicùlis & apiculis ſententiam, qui putabant, ſed falsò, magna in iis latere myſteria. Nam certè ſi verè laterent in illis grandia myſteria, ſi ſic Chriſtus cenſuiſſet: quî factum, ut, nec ipſe, nec ullus Apoſtolorum nobis ullum (nec quidem minimum) illorum myſteriorum aperuerit? Unde eſt, quod nullum (ne obſcuriſſimum quidem) tantæ tamq; admirabilis ſapientiæ in corniculis illis delitescentis veſtigium cõpareat in omnibus tum Evangeliſtarum tum Apoſtolorum ſcriptis ullis Canonicis? Cur non iſta revelâſſet Chriſtus? Cur non in illis indagandis nobis aliquatenùs præiviſſent viámque præmonſtraſſent Apoſtoli? Nugæ itaque ſunt, & meræ gerræ*, &c. Lud. Cap. Diatribâ de lit. Hebr.

Cæterùm ſi unquam vel apud ipſum Schindlerum Chiffletius obſervâſſet, aut apud

apud alios ex illo obſervatum comperiſſet, reperta eſſe quædam exemplaria Hebraica, in quibus extaret illud יהוה מלך מעז, omiſſâ Cabalâ ſuâ, eó potiùs, opinor, ut eſt in eas partes pronus, ſe convertiſſet, ut textus Hebraici corruptionem evinceret, & exagitaret. Facilis reſponſio, ſi feciſſet; Sed labori parcam, ne contra propriam umbram pugnare videar.

Hæc erant, quæ de linguæ Hebrææ ſive uſu, ſive abuſu, non abs rê videbantur, quæ tirones, harum rerum ſtudioſos, moneremus. Aliquid de neceſſitate quoque coronidis loco adjiciemus. A multis proponitur quæſtio, & à nonnullis uberrimè tractatur, An Theologo neceſſaria ſit Hebraicæ linguæ peritia. Si ſimpliciter & abſolutè dicamus neceſſariam, objicientur tum recentiorum & ſequiorum ſæculorum inſigniores aliqui, tum præcipuè primitivæ Eccleſiæ Patres & Theologi veteres, & vitâ & ſcriptis meriti, ut illuſtria Eccleſiæ lumina & columina à poſteris haberentur: quibus qui recentiores Theologos ob Hebraicæ linguæ peritiam ſimpliciter & nullo diſcrimine præ-

præferunt, in valdè anguſtos limites amplam & auguſtam S. Theologiæ profeſſionem cogere & compingere mihi videntur. Non enim ſtatim intelligunt Sanctam Scripturam, qui Hebraica intelligunt: ſed ingenio opus eſt, & judicio, & aſſiduâ lectione: ut quis autem perveniat ad eum intelligentiæ gradum, qui ſacræ hujus ſcientiæ doctori conveniat, nullum non diſciplinæ genus & eruditionis eſt neceſſarium: nullum enim, quod non juvet; & in obſcuriſſimis (quod multis alibi nos exemplis probabimus) ſæpè locis, ex infimâ arte aut ſcriptore lux clara peti poteſt. Quæ quia omnia perfectè complecti, non unius eſt hominis, conſequens tamen eſt, ut tantò ille ad perfectionem propiùs accedat, qui plura complectitur: modò tamen par ſit ingenium, quod in omni re præcipuum eſt: & ſine quo reliqua, ad oſtentationem quidem non parùm fortaſſe, & eruditionis laudem comparandam: ad veræ autem utilitatis fructum, quo auctiores fiant res Theologicæ, nihil omninò proderunt. Hoc certum eſt, ſi qui ſine Hebraicæ linguæ peritiâ præſtantes fuere Theologi,

Theologi, eos tantò præſtituros fuiſſe, ſi periti fuiſſent; ſine exceptione tum laudandi, qui nunc vel à pueris ob iſtum defectum multa ſibi condonari poſtulant.


Sed utcunque de illis ſtatuamus: ut nunc quidem ſe res habet, in tantâ ſtudii hujus facilitate, & tam vulgari uſu, magis neceſſaria Theologo ſit hujus linguæ cognitio, an pudenda ignorantia, non facilè dixerim. Sæpè audivi concionatores, qui, ex ſingulorum verborum proprietate, & variis notionibus magna elicerent myſteria. Fateor audiviſſe, quibus optimè cederet, ut & ipſi non vulgaris inde acuminis laudem mererentur, & auditores non pœnitendæ doctrinæ fructum referrent: nempe, cùm textus ita expenditur primigenius, ſive Hebraicus, ſive Græcus. Nam ſi verſionis alicujus (quæcunque ſit illa) verbis iſta opera impenditur, res futilis & ludicra eſt; & ægrè abſtineant à riſu pueri puellæve, viri fœminæve, ſi quæ, ut ſæpè contingit, peritæ adſint; quantóque aliquis in hoc genere ingenioſior, tantò ineptior ſit oportet, & ad irriſionem magis expoſitus.

Sed

Sed & ad assequendam, si aliqua sit in verbis obscuritas aut ambiguitas, (qualia hodiéq; in sacrâ Scripturâ innumera:) veram & genuinam sententiam, non parum confert linguæ primigeniæ peritia. Nam de versionibus, à doctissimis viris elaboratis & probatis pluribus, quæ instar originalium esse possint, quod à multis respondetur, quanti sit id faciendum, cùm de Græcæ linguæ scriptoribus agemus, accuratè perpendemus. Hinc igitur ad illam ne Lectorem diutiùs moremur, orationem convertamus.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [137] - 125
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [138] - -

PUBLIC DOMAIN

De linguâ Anglicâ vetere, sive Saxonicâ; ejúsque cum Græcâ cognatione.

PUerum adhuc me, b.m. parentem Isaacum, de lingua Germanicâ perhonorificè loquentem, atque ita optantem, ut ejus aliquando mihi perito esse contingeret, non semel audire memini. Hujus autem judicii votique sui quas ille potissimùm rationes haberet, sive quòd imparem tum judicaret, quem participem faceret; sive ea puerilis ætatis ac memoriæ injuria fuerit, nullas omnino possum dicere. Habeo (si quid tamen adhuc habeo) Dictionarium Gallicum, quod *Majus* inscribitur, in quo rogatu Patris verba Gallica quæcunque sunt originis Germanicæ, Tobias Scultetus, Germanus, vir doctissimus, manu suâ notaverat & exposuerat; qui etiam in Epistolâ ad ad patrem ibidem annexâ magnum ejus studium

ſtudium prædicat erga gentem linguámque Germanicam.

Anno Dom. M.D.C.X. poſt cædem HENRICI IV. Galliarum Regis, cui de factis maximis MAGNI cognomen obtigit; invitante JACOBO Magnæ Britt. Rege Sereniſſimo, cujus inter alias multas laudes tanto faſtigio dignas ea erat eruditio, quæ etiam in privato homine non exiguam laudem & admirationem meruiſſet: eo, inquam, non unis invitante literis, Pater in Angliam cum totâ, (ſed non uno tempore) familiâ migravit; ibíque poſt annorum quatuor, præter propter, in ſummâ Regis optimi gratiâ, moram, annum agens vitæ ſuæ ſextum & quinquageſimum, diem obiit ſupremum. Poſt ejus mortem familiâ ejus variè diſtractâ, in Angliâ me, tum pubertatis annos ingreſſum, morari contigit, & inter Anglos agentem, Anglico ſermoni (Germanicæ linguæ inter alias traduci non ignobili) paulatim aſſuefacere: cui tamen addiſcendo operam non antè ſeriam navavi, quàm de futura profeſſione mecum ſtatuiſſem, jámque præconis Eccleſiaſtici munus immineret. Sed neque tum, neque ullo antea,

cùm

cùm in eo ſtudio verſarer, tempore, aliud propoſitum, præter vulgarem hunc & neceſſarium pro ſuſceptæ provinciæ ratione linguæ uſum; quanquam non ſemel inter legenda Græca obſervata non ſine aliquâ admiratione verborum Græcorum cum Anglicis affinitas & ξυνέμπτωσις. Neque enim aliam tum eorum rationem habebam, quàm ut ad generalem συγγενείαν, cujus in omnibus linguis eſſent exempla, referrem.

Aliquot pòſt annis in numerum Præbendariorum Eccleſiæ Cathedralis & Metropoliticæ Cantuarienſis adlectus, cùm pro loci & officii, quod non ſemel illhic obii, ratione paterent mihi Eccleſiæ illius auguſtiſſimæ archiva; dum omnia, quæ aliquam antiquitatis ſpeciem præferrent, avidè perſcrutor: (juvabat autem majorum noſtrorum laudandam diligentiam & religionem perſpicere, qui non loca tantùm ab omni conflagratione munitiſſima proſpexerant; ſed & pulcherrimis & ampliſſimis contra ſitum & ſquallorem ſcriniis, quæ capſulas & pixides, numero plurimas, certo ordine diſpoſitas & mobi-

les, continerent, omnia distinxerant & descripserant:) dum illa igitur diligenter & studiosè perscrutor, inter alia venerandæ antiquitatis monumenta, tum plurima alia Saxonicè concepta instrumenta, tum vetustissimorum Saxonicorum Regum aliorúmque temporum istorum principum virorum tam Ecclesiasticorum quàm sæcularium chirographa, partim Latina, partim Saxonica, sese oculis meis obtulerunt. Chirographa autem voco, non quæ ipsi scripserint, (quod absurdum cogitare) quorum chirographa perhibentur; sed quæ ab aliis scripta, propria ipsi manu, vel adscripto nomine, vel certa alia nota signaverint & insigniverint. Cæterùm, omnium fere, Regiorum præcipuè, tam elegans erat scriptura, ut cum pulcherrimis (qualem etiam antiquissimorum, ut plurimùm, librorum scripturam esse animadverti) quos ætas nostra vidit typis sive Plantinianis sive aliis certare possent. Memini cùm sacras illas membranas tangerem, religioso quodam horrore animum meum percelli solitum, quasi præsentes intuerer, qui monumentis illis

illis loquebantur, quíque manibus ipsi suis illa quondam tractaverant, quæ nunc ego meis contingebam. Quale novitio alicui, pompæ curialis infrequenti insolentíque, Principis alicujus de splendidioribus & superbioribus Aula, ubi quæ spectantis præstinguant oculos tum alia fortasse plurima ; tum verò ante omnia, præsentis ipsius Majestas Principis, & solitus ille purpuratorum Comitatus : tale mihi locus ille solebat esse ; non minùs sacer, nec minùs spectabilis. Unum deerat ad perfectam voluptatem, peritia linguæ Saxonicæ : cujus ignaro, pleraque quæ corporis oculis erant expositа, mentis tamen (quæ potissimum lumen) intelligentiæ clausa erant & abdita. Miro tum cœpi flagrare desiderio linguam istam propiùs cognoscendi : quæ quidem cupiditas ab his orta principiis, multum confirmata est, postquam accuratiùs ista mihi perpensa & intellecta.

Primò quidem, Saxonicam linguam, veram & genuinam esse linguam Anglicam, ut quantum à Saxonica vetere præsens Anglica recesserit, tantum à

nativa puritate degeneraverit : Ut si vellem (quod homini cordato & intelligenti si non necessarium, certè non potest non jucundum esse & optabile :) verborum & locutionum, quas quotidie & loquens & scribens usurpabam, rationes ac proprietates intelligere, ad Saxonicas origines necessariò recurrendum esse.

Secundò, eam esse linguam Saxonicam, quæ per se minimè contemnenda sit ; sed dignissima cujus à quocunque veritatis & antiquitatis (quæ veritatis, ut plurimùm, testis & advocata :) studioso, ratio habeatur ; idque ut alia omittam, ob summam tum antiquitatem, tum amplitudinem ; quibus duobus omnes alias vulgares (nisi valde fallor) linguas longissimo anteit intervallo. Saxonicam cum dico, Germanicam, ut nunc vocant, & Teutonicam sive Belgicam intelligo, cum quibus eam per omnia ferè convenisse, vetustissima quæ supersunt hodieque trium istarum linguarum monimenta (de quo posteà plura) fidem faciunt: idque etiam ex veteribus historicis apertissimè colligitur. Trium autem tam propin-

quæ

quæ cognationis & originis cui principatus antiquitatis potiſſimùm tribuendus, quæque ſe matricis (ſi tamen ulla, & non altiùs ad Celticam aut Scythicam recurrendum eſt) titulo meritò jactare poſſit, non ego ſanè valdè ſollicitus, aut ſuper eo magnopere contenderim, modò id mihi concedatur, quod negari niſi ab imprudentibus, aut ſtultè invidis non poteſt, tantam eſſe illarum conjunctionem & ἀλληλοχίαν, ut in laudem unius vix quicquam dici poſſit aut inveniri, quod ad cæteras non æquè pertineat. Sed hoc tamen de veteribus illis linguis dictum velim, quales erant in uſu ante octingentos vel mille annos. Nam de hodiernis ſi quærimus, ego quidem primas honoris illi detulerim, quæcunque ſit, quæ plurimum de vetuſtate ſuâ retinet, & externarum contagio minimè contaminata eſt.

Hæc igitur lingua eſt, ut vetuſtiora (de quibus poſteà dicturi ſumus) omittam tempora, quâ illi loquebantur, qui Galliam, Italiam, Hiſpaniam ſuis armis ſubegerunt, & Romanis eripuerunt: qui Africam quoque aggreſſi, Aſiámque,

que, non modò torrentis in morem obvia quæque proſtraverunt, ſed in iis quoque locis diuturnas ſedes fixerunt, imperia conſtituerunt, legibus & inſtitutis propriis rexerunt: variis illi quidem nominibus & tribubus (quæ ex amplitudine, variorum quaſi populorum nomen ſortitæ ſunt:) diſtincti, ſed ejuſdem aut certè ſimillimi ſermonis commercio conjuncti: Hunni, Gothi, Oſtrogothi; Wiſigothi, Heruli, Franci, Burgundiones, Normanni, Wandali, Alani, Swevi, Langobardi, aliíque plures, quorum nominibus iſtorum temporum hiſtoriæ refertæ ſunt. Quis autem non ita colligat; Qui tantum in tot Orbis terrarum disjunctiſſimis partibus ampliſſimíſque potuere; qui priſtina regna & imperia vertere, abolere, nova condere, quorum plurima poſt tot annorum & ſæculorum revolutiones ad hunc uſque diem, quanquam variè concuſſa, permixtáque, remanent: eoſdem etiam linguæ ſuæ & ſermonis, quo res utplurimùm adminiſtrantur humanæ, veſtigia multis locis, & moribus & linguis impreſſiſſe: quæ loca, mores, & linguæ, in dubiis & obſcuris multis,

multis, (qualia passim multa) ex veteris illius linguæ perfecta cognitione non parum lucis accipere possint. Et hæc quidem, quæ de populorum istorum, qui Romanum Imperium everterunt & occuparunt, communi idiomate dicta sunt à nobis, ut recentioris sunt memoriæ, ita tam certa sunt, ut nemo possit contradicere.

Ad priora illa tempora si veniendum est, ex quo primùm cœpit Græcis Latinisve Germanum nomen innotescere; quanquam ob summam vetustatem non adeò liquida res est, ut tam certò affirmare audeamus ; non levibus tamen adducti conjecturis doctissimi quidam viri in eâ fuere sententiâ, linguam Thracicam Phrygiámque (quæ in Asia latissimè olim patebant) non alterius fuisse originis quàm Germanicam. Quorum sententiæ accedere videtur magnum sæculi sui ornamentum Cl. Salmasius in priore de Linguâ Hellenistica (quæ sola adhuc ad manus meas pervenit) commentatione. Addit porrò de lingua quoque Persica vir summus, *Persica quoque sive Parthica, quæ & ipsa authores originis habuit Scythas, infinitas*

Salm. De lingua Hellen.

finitas præfert voces, quæ eadem reperiuntur in Græcâ pariter Dialecto & in Teutonicâ. Idem quoque in præfatione ad Cebetis Tabulæ verſionem Arabicam, poſt commemoratum Joh. Elichmanni M. D. obitum, & deploratam quam in tanti viri morte Reſpubl. literaria fecit jacturam, ut qui (præter alia) in Perſicæ linguæ cognitione parem in Europa non habuerit, nec temerè habiturus ſit, ita pergit: *Quod ad hoc ævi latuit pleroſque eruditorum, ex eâdem origine compererat fluxiſſe Germanicam & Perſicam linguam, ad hanc illum conjecturam ducente infinita vocum copia utrique linguæ communium; ſed & verbis ſimiliter terminatis, eodem modo compoſitis, aliiſque multis argumentis.*

Jam Illyriorum, Germanorum, Gallorum, Hiſpanorum, Britannorum unam olim eandémque fuiſſe linguam, (quæ utique Germanica fuerit, ut ex priſcis plurium rerum vocabulis capite VIII. evincere ſatagit) pluribus argumentis adſtruere nititur Phil. Cluverius, *Germaniæ* ſuæ lib. primo, cap. V. & aliquot ſequentibus. Gallorum certè

(cujus

(cujus olim nominis & gentis quanta amplitudo nobilitáſque fuerit, ſoli neſciunt, qui in vetere Hiſtoriâ planè ſunt hoſpites) linguam non aliam fuiſſe quàm Germanicam, quanquam dialecto diverſam, receptiſſima opinio eſt. Qui ita cenſeat ac ſanciat, unum nominabo, ſed qui unus inſtar omnium eſſe poſſit, Joſ. Scaligerum, cujus hæc in Propertium poëtam caſtigationibus verba: *Verdomarus, ad verbum Ξένιπ-πος. Nam mar apud noſtros erat equus: author Pauſanias. Gallorum veterum idioma ſine dubio Teutonicum fuit.* Huc etiam faciunt quæ de Getis & Getarum linguâ poſteà dicturi ſumus: quam ſi Gothicam fuiſſe (ut plerique omnes hactenus crediderunt) obtinemus, magna hinc linguæ Germanicæ veteri amplitudinis acceſſio fuerit, cùm Getarum natio per longiſſima terrarum ſpatia diffuſa fuerit. Sed de Getis, poſteà pluribus. Quid, quòd & Orbis Novi, quà ad Septentrionem ſitus eſt, linguas ex Germanicâ pleraſque Vir ſine controverſiâ Maximus in tractatu de Origine gentium Americanarum repetit? Huic ejus ſententiæ quid alii non contemnendæ

nendæ & ipsi auctoritatis & eruditionis viri oppoſuerint, non ignoramus. quam tamen interdum ſic impugnant, ut non omninò negent, dum gentium iſtis linguis utentium, nonnullarum ſaltem, originem Germanicam eſſe non abnuunt. Nos non iſta ad noſtram cenſuram revocamus. Id tantùm dicemus; quòd ad Vocabularia nos rejiciunt viri docti, in eo minimè nobis ſatisfacere. Quod enim de loquentibus à non uno obſervatum ſcimus, nihil obſtare quin linguæ ſint cognatæ, imò cognatiſſimæ, quamvis in verbis ultrò citróque temerè jactatis nihil tale percipiant aures peregrinæ: idem nos de Vocabularia volventibus, quanquam ſedulâ fiat operâ, non ſine cauſſâ affirmemus; cùm præter vulgarem iſtam diligentiam, propria quædam ad deprehendendas linguarum & verborum cognationes & origines ingenii ſagacitas opus ſit, quâ qui deſtituuntur, haud mirum ſit, ſi in plenâ interdum ſegete multo labore nihil metant. Ipſe audivi quoſdam linguæ Perſicæ peritiſſimos cùm ita profiterentur, ſe in omni linguâ Perſicâ non ultra 10. aut 12, verba obſervare

ſervare potuiſſe, quæ cum Germanicâ vel Anglicâ convenirent. At alios ſcimus non minore nec peritiâ nec ingenio fuiſſe, qui longè aliter reperirent, & aliis perſuaderent. In linguâ certè ſi quis hoc experiatur Anglicâ, & ad Vocabularia, ſolis ſuis auribus fretus, ſe conferat, quanquam infinita adhuc ſupereſſe minimè dubito, quæ nobis hîc præterita ſunt; valde tamen ego fallor, aut ille quiſquis eſt, præter laborem & induſtriam aliquid hîc requiri expertus intelliget, & agnoſcet.

Hoc interim tertium, quod linguam Saxonicam de meliore notâ nobis commendavit, à nobis commemorabitur, quod dum in illam propiùs inquirimus, ita planè rem habere comperimus, eam vel Græcæ, ſed ab ultimâ origine, propaginem fuiſſe; vel certè ab eâdem, qua, & Græca, origine, ut à Græcâ ſolâ differet dialecto, profluxiſſe. Sed is, quia noſtræ hujus de lingua Saxonicâ commentationis præcipuus eſt ſcopus, & unica jam deinceps propoſita materia, uno verbo rem tetigiſſe hoc loco ſufficiat.

Atque hæc ſunt præcipuè quorum

ſeria

seria consideratio sacro quasi nescio quo thyrso tactum ad linguæ Saxonicæ studium vehementer impulerunt. Non jactabo profectum meum, qui longè ab eo absum, ut inter peritos ejus linguæ locum aliquem mihi postulem. Ille verò qualiscunque fuerit, me certè operæ non pœnitet. Nec defuit voluntas. Sed ne longè progrederer, tum alia studia, tum negotia pro loco & tempore ingruentia, ac tantùm non obruentia, fuerunt in caussa.

Commodè interim accidit, ut Guilielmus Somnerus Cantuariensis, ex honestâ familiâ natus, antiquæ ipse probitatis & simplicitatis Vir, mihi innotesceret. Hujus ego genio ingenióque magnopere captus, quòd & industriam ejus non vulgarem in scrutandis patriis antiquitatibus animadverterem, & in summâ modestiâ acre & subactum judicium valdè probarem, ad Saxonicæ linguæ, dignum ipsius industriâ ingenióque, studium capessendum, vehementer adhortari & impellere cœpi: meam ipsi operam, si quà utilis esse posset, & qualemcunque supellectilem Saxonicam ultrò offerens. Ne longum faciam,

faciam, cùm ille consilium meum probasset, tam pertinace deinceps industriâ, paríque ingenii bonitate & fœlicitate rem prosecutus est, ut intra paucos annos vel peritissimis (ut parcissimè dicam) æquari posset. Hujus autem profectus ipsius & peritiæ testes eruditæ in hoc genere, & laboriosæ lucubrationes plurimæ, quas ille dudum publici juris fecisset, multa quoque præstiturus alia, nisi funesta hæc bella, ac feralis rerum κλασεφφὴ, non minorem literis & ingeniis, quàm terris vastitatem inducens, interveniisset. Hactenus quidem nihil in vulgus emisit, præter *Antiquitates Cantuarienses:* Pium & laboriosum opus, nec istius tantùm florentissimæ quondam Civitatis studiosis, sed omnibus veteris Historiæ Anglicæ non incuriosis perutile. Præter hunc primum ingenii sui fœtum scripsit in *Leges Henrici* I. à Rogero Twisden, ordinis equestris viro, sed virtutibus & eruditione, quàm titulis ornatiore, haud ita pridem editas, Notas & animadversiones uberes & doctas cum Glossario utilissimo. Item de celeberrima & antiquissima consuetudine

dine Cantiana, quæ vulgò **Gavelkind** nuncupatur, juſtum tractatum Anglicè. De *Portu Iccio* Diſquiſitionem, ſive Diſſertationem. Leges quoque Saxonicas à Guiliel. Lambardo viro doctiſſimo pridem editas, & ab eo ſic verſas, ut majorem Latinitatis, quàm Saxonici ſermonis & idiomatis rationem haberet, denuò ille ſic Latina fecit, ut Linguæ Saxonicæ ſtudioſis verſione ſuâ conſuleret: nonnullis præterea additis Legibus, quas Lambardi codices non exhibuerant. Omitto ejus in varia Gloſſaria, & Saxonicorum quæ hactenus in lucem prodierunt ſcriptorum verſiones, animadverſiones & διορθώσεις, quibus inſtructiſſima habet Adverſaria. Ex his cùm ſatis ſupérque quid in his ſtudiis poſſet amicis ſuis probaverit, ego dudum flagitare non deſtiti, ut de Dictionario Saxonico adornando cogitare vellet; quo maximè opere de lingua illa optimè eum meriturum, & ingentes de ſtudioſis ejus gratias relaturum promittebam. Sed tam iniquis temporibus quid æquus Lector ſibi poſſit promittere, aut ego pro eo ſpondere, ipſi judicandum relinquo.

Cæterùm

Cæterùm quod antè dicebamus, tantam eſſe Saxonicæ veteris cum Teutonicâ & Germanicâ vetere affinitatem, ut qui unam noverit, omnes noverit; ejus clariſſimum & luculentiſſimum teſtimonium Lectori nunc impertiam. Cùm enim aliquando in manus meas incidiſſet Juſti Lipſii V. Cl. ad Henricum Shottum Epiſtola, quæ, inter alia, ſatis prolixam verborum quorundam veterum Germanis ante 800, aut 900 plus minus annos in uſu, ſylvam continet; & inter legendum non pauca ſtatim occurrerent, quæ Saxoniſmum purum putum reſipere viderentur: viſum eſt Somnerum meum experiri, & quid ille cenſeret, miſſâ illâ collectione explorare. Erat ille tum Cantuariæ: ego Londini. Intra paucos dies remiſſa verba cum animadverſionibus, quæ cognationem Germanicorum cum Saxonicis (quod illi mihique propoſitum unum erat) oſtenderent. Hanc igitur ipſius opellam, quam ille mihi meo rogatu navavit, jam publici juris pro meo jure faciam. Quia tamen longior eſt, quàm ut hujus meæ Diatribæ corpori commodè poſſit inſeri, ad calcem ſeorſim

seorsim sub authoris ipsius exhibebitur nomine.

Sed ad intelligentiam veterum Germanicorum scriptorum quantum conducat Anglicæ sive Saxonicæ veteris peritia, tum aliunde discamus, tum ex notis Anonym. viri, sed digni qui clarissimus esset, apprimè doctis in Willerami Abbatis geminam Paraphrasim in Canticum Canticorum, Lugd. Batavorum An. Dom. 1598. Paulo Merulâ G. F. P. N. viro doctissimo accurante, editam. Marquardus quoque Freherus, vir clar. & doctiss. quanti Saxonica nostra faceret, edito cum Oratione Dominicâ & symbolo Apostolorum, Decalogi versione vetere Saxonicâ, cum Notis eruditis, omnibus palam fecit: quanti facturus beatum hunc Saxonicorum scriptorum, quo nunc fruimur, proventum, qui in tantillo specimine, & (ut Senecæ verbo utar) oculiferio, non dicam laureolã quæsivit; (apage!) sed operam suam & nomen, vir tam doctus & gravis, apparere non detrectavit. Enimverò vel eo nomine digna quæ ab omnibus magni æstimetur veræ antiquitatis amatoribus hæc lingua, quòd

quòd plura, longè plura, ni fallor, vetuſtatis ſuæ monumenta literaria præferat & oſtentet, quàm ulla earum quæ vulgares vulgò audiunt. Teſtor præter alia quædam minora, quæ nuper; & quæ jam diu vulgata non pauca; Conciliorum volumen amplum; & Bedæ Hiſtoriam, cum Appendicibus, non multò minorem.

Sed hæc ab aliis pluribus fortaſſè diſſerentur, quibus iſta diutiùs excolere & accuratiùs pernoſcere, quàm mihi, datum eſt. Quod nobis propoſitum hîc eſſe dicebamus, & cujus unius gratiâ hæc à nobis opera ſuſcepta eſt, id jam aggrediemur. Quia autem circa verborum etymologias utplurimùm verſabimur, primum id erit, ut de toto hoc genere, quid & quibus argumentorum ponderibus nitentibus nobis videatur, oſtendamus. Eò enim res pervenit, ut quamvis graves interdum viri in rebus graviſſimis, ad etymologias ſcrutandas, poſito ſupercilio, ſe convertant; adeóque ſuper originibus verborum atrociſſimè non rarò digladientur; plurimi tamen ita cenſeant, nihil hoc ſtudio levius aut futilius quicquam reperiri.

Nec nova hæc quæſtio eſt, ſed jam multis retrò ſæculis, non inter Grammaticos tantùm, ſed & philoſophos agitata, An verborum ſit Etymologia; verè ſcilicet, & in rebus ipſis: an verò res ſit ἀνυπόςατ@ & imaginaria, quæ ſolo conſtat nomine. *Res meâ* (dicebat olim S. Auguſtinus) *ſententiâ nimis curioſa, & non nimis neceſſaria.* Et paucis de Cicerone interſertis, *Quòd ſi omninò multum juvaret explicare originem verbi, ineptum eſſet aggredi, quod proſequi profectò infinitum eſt.* Et mox, *Huc accedit, quòd ut ſomniorum interpretatio, ita verborum origo pro cujuſque ingenio prædicatur.* Talia apud alios tum veteres, tum recentiores non paucos.

Mihi autem hac de re ſæpe ac ſeriò cogitanti quid venerit in mentem, non gravabor (quia nunc id agimus) expromere. Ut in aliis non paucis, ita in hoc quoque etymologico argumento, non aliud verborum videbatur eſſe fatum, quàm quod ipſarum quoque rerum eſſe compereram: ſive eas res ſpectemus, quæ particulari ſubſiſtentes exiſtentiâ materialéſque, ſub ſenſum cadunt:

dunt: sive illas quæ seu naturâ suâ immortales & æternæ, seu operâ intellectus abstractæ à particularibus, nobiliore sensu dijudicantur, & ad scientias propriè pertinent. Nam si quis ita animum instituat suum, ut nihil verum in rebus esse pertendat, sed omnia illa de quibus tot extant volumina, κενὸν esse ὄνομα, (quæ de virtute morientis olim Bruti querela) prætérea nihil; nec deerunt magnæ authoritatis qui patrocinentur viri, nec argumentorum pondera; qualia apud Sextum Empiricum Pyrrhonicæ sectæ philosophum doctissimum, si non invicta, certè speciosa. Ita dico: nullam puto esse tam certam artem vel scientiam, cujus vel vanitas, vel incertitudo, si quis id agat, multis non possit verbis exagitari.

Ut in re minimè invidiosâ, & quæ præter alias artes & scientias in natura maximè fundata videri possit, hoc aliquatenus pateat; sumatur in exemplum medendi scientia. Primum igitur, quemadmodum qui olim contra Verborum Etymologias disputabant; Quod Græci vulgares σφυρίδιον, Athenienses χελωνίδα: quorum illud

habet Etymon; istud autem (quod quidem nossent) ἀνέτυμον; nec tamen inde minùs Athenienses in sermone, vel Atticos, vel Græcos fuisse: ita nos dicemus, multas olim, quæ medicos non haberent, Plinio, aliíque commemoratas gentes fuisse: in omni verò gente multos ubique reperiri, qui sine ullo medicinæ usu ad summam senectutem pervenerint; aut ex summis periculis, solâ curante & operante naturâ, evaserint. Cæterùm, inter eos qui medendi artem profitentur, de medendi ratione minimè convenire: Aliam olim (ut Seneca alicubi objicit) Hippocratis sectam fuisse, aliam Asclepiadis, aliam Themisonis: nec diversâ tantùm, sed planè contrariâ viâ qui grassarentur, extitisse. Fuisse qui herbis omnia tribuerent; & solas sufficere crederent: fuisse qui penitus abdicarent, nec minùs tamen placerent, aut minora præstare crederentur, quàm qui illis usi fuerant. Empiricos à Dogmaticis, ut præstigiatores explodi; Dogmaticos ab Empiricis contemni non minùs ac rideri. Ut hodierna factionum nomina taceam, Galenistas, Chymistas, Paracelsistas,

celſiſtas, alióſque, quos inter ne de ipſis quidem naturalium corporum principiis convenit, & adhuc ſub judice lis eſt: nedum ut in medendi ratione, quæ ex illis principiis præcipuè pendet, conſenſum quis expectet.

Hæc igitur & ſimilia ſi quis contra medicinam objiciat, non nihil ille fortaſſe dixiſſe, nec immeritò, multis videatur; cùm tamen & plura & certiora opponi poſſint, quibus artis illius utilitas & dignitas aſſeratur. Ut igitur eſt in rebus ipſis & naturâ, veritas, ſed tot obſtructa difficultatibus, ut ad ejus qualemcunque cognitionem non niſi multâ ſedulitate & ſagacitate perveniatur: ita & verbis haud dubium quin ſua conſtet origo & originis ratio tam certa, quàm quod in rebus certiſſimum: ſed cujus indagatio tot habet difficultates, tot undique ludibriis & fruſtrationibus obnoxia eſt, ut in nullâ veri inveſtigatione majore ſit opus aut induſtriâ, aut judicio. Quòd ſi quis ita pertendat, tanti rem non eſſe, ad quam tanto molimine perveniendum ſit; per me quidem fruatur ille quiſquis eſt judicii ſui libertate. Trahit e-

nim, ut ille olim non inſcitè, ſua quemque voluptas, & ſuum cuique pulchrum: neque ego cuiquam author ſim, ut invitâ Minervâ in hoc ſtudiorum genere operam ponat. Erunt alii quibus hæc cordi futura ſunt: neque eò minùs certum eſt, (ut de voluptate nihil dicam:) ad explorandam ac percipiendam, quæ in rebus ipſis eſt, veritatem, inſigniter prodeſſe perfectam verborum cognitionem; quæ valdè manca eſt, & propè nulla, ignoratâ origine. ſed hæc alibi fuſiùs. De difficultate hujus ſtudii ſermo nobis hîc eſt.

Antiquis, quò boni minùs eſſent Etymologiſtæ, præcipuè obſtitit primævæ lingua ignorantia. Nam quis Ariſtoteli ſuccenſeat, quòd cùm verbi Λίκνη, & Λίκμον originem quæreret, ita ſcripſerit: Διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεσθαι Λίκμον, ὅτι λίχα ἐστὶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι λίχμον, καὶ ὁ λιγάσης, λιχάσης: aut verò Platoni, cui Λίκμον quaſi Δικαιὸν, ἢ ἁ δικομίας ἕνεκα (ut ipſe loquitur) aſſumpto? An alterutri eorum potuit incidere ſuſpicio aliqua vocis Hebraicæ צֵרֶף, aut צָרִיף ut ex illis ſuum illud Λίκνη, vel Λίκμον arceſſerent? Cujus ut ratio derivationis

vationis meliùs intelligatur, ſciendum eſt (quanquam aliàs primam ſyllabam qualemcunq; per aphæreſin tolli, non inſolens:) Hebraicum ץ à Græcis & Latinis per ſimplex *ſ* ſæpius exprimi: ut in *Sadducæi*, *Sidon*, aliiſque plurimis: imò, hoc ipſum צרק, à Syris זרק: & צריק, זריק ſcribitur. Vitatur autem à multis hæc litera ut difficilis & ingratæ pronunciationis: unde ſunt & iſta, ῥίζα, à שורש; & φιάλη, à ספל: aliáque. Ab aliis contrà (pro diverſis vel hominum vel locorum ingeniis) affectatur & aſciſcitur. Hinc apud Græcos, σμίλαξ, μίλαξ; σμικρὸς, μικρὸς; & alia non pauca promiſcuè uſurpata. Latini quoque in multis à Græcis acceptis, abjecere: ut in *fallo*, ex σφάλλω: *funda*, ex σφενδόνη, aliiſque vulgò notis. Ut mirum ſit in origine tam obviâ & certâ reperiri qui malint nova comminiſci, quàm rectè inventis acquieſcere. Tale etiam illud ejuſdem Ariſtotelis μαχάριος à χαίρω derivantis, cujus origo vocis proculdubiò eſt Hebraica: ab eâdem, ni fallor, quâ & Mercurius radice.

Sed etiam in illis quorum non erat

externa origo, parvam aut nullam ferè analogiæ rationem aut certè cognitionem veteres habuisse certum est. Pleni Varronis (doctissimi alioquin viri) libri ineptissimarum Etymologiarum : quem eo nomine meritò Quintilianus etiam reprehendit. Nihil enim plerumque insulsius. Stoicos tamen excipio, qui in hoc negotio tam putidè, tam pueriliter se gesserunt, ut Joh. Goropio ad sua deliria præivisse videri meritò possint. Hodie autem postquam lingua Hebraica vulgaris esse cœpit, tanta pleroſque libido invasit ad Hebraicos fontes omnia revocandi, tantámque sibi torquendi vocabula, addendo, detrahendo, mutando, transponendo sine ullo aut modo aut ratione certâ licentiam sumpsere, ut quicquid uspiam verborum non veterum tantùm, sed & recentiorum in Germaniâ, Galliâ, alibi vel remotissimorum, pari ratione Hebraicum fuerit.

Edidit *Harmoniam* Etymologicam multarum linguarum vir doctissimus Steph. Guichardus, excusam Parisiis Anno Domini 1606. Istius editionis exemplar penes me nunc est, viri cujus-

dam

dam doctiſſimi magníque in his literis judicii miniatulis ceris notatum, & multis obelis paſſim confoſſum: qui etiam fronti libri ſupra titulum, ſuum de opere univerſo judicium his verbis præſcripſit: *Penus μελεωφολογίας ἀνεφμαπίς.* Quin tamen ab authore iſtius *Harmoniæ* multa ſolerter & fœliciter indagata ſint, multa acutè & ingeniosè, aliis antea non obſervata, in lucem eruta, valdè iniquus (meo judicio) fuerit, qui non agnoſcat: neque aliter opinor de eo judicaturus fuerit vir ille doctus quiſquis fuerit, ſi publicè ferenda ſententia fuiſſet. ſed extorſit illi (viro minimè inepto, ut ſuſpicor, & otioſo) tanta vis ineptiſſimarum conjecturarum, tum aliarum fortaſſe, tum earum præcipuè, quæ ſolâ literarum tranſpoſitione (quo ferè uno conſtat artificio liber iſte) nituntur: de quo quidem genere quid nobis videatur, & quatenus admittamus, exemplis appoſitis, poſteà fuſiùs exponemus. Ut omittam quod linguarum quarum arcana ſe reſerare profitetur author, planè ἀμύητος, & ex Lexicis totus pependiſſe, ex multis deprehenditur, ut cum מנר

rubus,

rubus, errore ut videtur inductus typographico, legit סנר *fened*: & inde *ſentis* Latinum deducit, quaſi non re magis, quàm voce geminum. His eò libentiùs impertiendos lectores duxi; non quòd de merito authoris quicquam detractum velim, quem & re & voluntate de publicâ re literariâ benè meritum agnoſco; ſed ut moniti, non omnia illius promiſcuè & ἀβασανίστως amplecterentur, quod quoſdem, aliàs non ineruditos, nimis quàm pueriliter ac putidè facere comperimus.

Quanquam autem in hoc Etymologico argumento multa jam ab aliis prudenter ac cautè tradita & conſtituta non neſciam; qui tamen certis limitibus ac metis infinitam iſtam licentiam circumſcribere ac coercere conatus ſit, nondum mihi repertus. Digna certè res ſummi alicujus ab eruditione & judicio viri curâ. Nos interim aliquid hîc pro virili noſtrâ tentabimus: ſaltem quantum ad præſens inſtitutum ſufficiat. Ab univerſalibus autem quibuſdam incipiemus, quibus ſemel poſitis & impetratis, cætera quæ volumus faciliùs impetrabimus.

Hoc

I.

Hoc igitur primum esto; Linguas alias esse matrices, alias traduces: matrices autem alias ἁπλῶς & simpliciter; alias πρός τι, & ut vulgò dicunt, respectivè.

Hoc uno postulato os illis obturatur, qui negant ulla esse verborum ex aliis verbis origines, & derivationes: omnes etymologias, pro rebus commentitiis habent & imaginariis: qualis ille nescio quis cujus meminit Vander-Mylius, qui Belgicum **neuse** ex Latino *nasus* ortum esse adduci non poterat ut concederet. Sanè si id ille dixisset, ex sola verborum affinitate non sequi, ut alterum ex altero ductum sit, cùm talia ex casu multa contingant, & in omnibus (ut posteà videbimus) linguis aliqua reperiantur; aliquid dixisset. Sed ille sine dubio, ut ex Mylio colligere est, fuit ex isto genere, quales aliquos jam olim fuisse diximus, qui totum hoc studium ut rem inanem & ἀνυπόστατον respuerent. Cæterùm, cum sint ex illo numero, qui imperitiâ potiùs peccant, quàm certâ animi destinatione & προπάθειᾳ. quæ multis pro judicio est; ita puto, qui tales, erroris sui convinci

convinci poterunt. Rogem ſaltem an Italicum *naſo*, ex Latino *naſus* ortum concedat? Negat, & fortuitum pertendit? Ergo & illa fortuita, *capo, capelli, crine, dente, occhi, orecchi, mano, piedi, ungie, diti*, atque alia pleraque quæ ſunt propria corporis vocabula: quæ qui audiet, & cum Latinis conferet, quis tam perfrictæ præfractæve frontis, ut caſui tribuere ſuſtineat? Ab Italis ad Gallos tranſibimus; ab illis ad Hiſpanos, & in utraque lingua tantam vim verborum cum Latinis convenientium proferemus, ut quiſquis non eſt invictæ pertinaciæ, tanquam tot clariſſimorum teſtium copiâ obrutus, manus facilè porrecturus ſit. Quanquam ut quis rectè judicet, non illi tantum ſimilium verborum numerus ſpectandus, ſed non minùs rerum ipſarum verbis expreſſarum cognatio & propinquitas: ut ſi quæ linguæ in numeris à primo ad decimum uſque conveniant, quanquam decem tantùm ſint numero verba, ſtultum ſit id caſu tribuere, ſed vel alteram ex alterâ mutuatam eſſe; vel ambas ex una aliquâ; vel etiam ex diverſis, quæ tamen ex unâ aliquâ primitùs,

primitùs, credendum ſit. Me certè vel iſta quatuor tam cognata vocabula, **Father, Mother, Brother. Daughter,** Anglis Perſíſque communia, ad ſuſpicandam, quæ poſtea à ſolertioribus deprehenſa creditur in infinitis aliis, Perſicæ linguæ cum Germanicâ cognationem plus moviſſent, quàm vel centum alia, quibus nulla inter ſe ſignificationis affinitas.

Alia tamen eorum ratio, quæ propria ſunt artium vocabula: ut & ventorum, cœlíque plagarum propria: quæ multis linguis ex alia occaſione communia eſſe probabile eſt. Pergamus igitur: Romanorum cum Germanis per multa ſæcula, odia, bella, fœdera, & cujuſcunque generis commercia, Romanæ Hiſtoriæ pars non minima: à Græcis quoque tum Hiſtoricis, tum Geographis narrata. Quorum omnium certiſſima monumenta ſuperſunt hodiéque, urbes celeberrimæ, aut urbium à Romanis in Germania conditarum rudera, inſcriptiones, opera, coloniæ: ut ſolem meridie lucere pariter neget, qui de eo dubitet. Ex hâc permixtione non aliter potuiſſe, quin

multa

multa in Germaniſmum verba Latina irrepſerint, ac paulatim pro genuinis ac germanis obtinuerint, quotidiana (ſi nihil aliud) populorum hodiernorum ac linguarum hiſtoria ab invitis extorſerit. Judicio eſſe præterea non unum aut alterum, qualia caſui poſſunt adſcribi; ſed benè multa, aut merè Latina, aut à Latinis non adeò detorta & deflexa, quin ipſa ſuam præ ſe ferant originem: qualia corporis propria (præter iſtud **neus**,) **cop**, caput; **ooze**, auris; **tant**, dens; **palme**, palma; **baert**, barba; **mamme**, mamma; **arm**, armus; **lippe**, labium; aliáque id genus. Addo, cùm Galli dicant *nes*; Itali, *naſo*; Angli, **noſe**; Belgæ, **neus**; Germani, **nas**; Latini (ut alios omittam) *naſus*: non eſt credibile tam varios populos in eandem appellationem caſu incidiſſe: quod ſi non caſu; quærenda ergo origo, quam Latinam eſſe multiplex ratio evicerit. Cæterùm cùm **neus** illud ex Latinâ aſſerimus origine, non id ita intelligendum, quaſi de immediata aſſeramus origine. Poteſt enim fieri ut Belgæ, ut & infinita alia, à Gallis acceperint. Non minùs enim quàm Angli peſſimâ illâ &

patriæ

patriæ linguæ injurioſiſſimâ (quantum quidem ex Kyliani farragine ad calcem Lexici ſui colligere licuit) adſcititiorum & exoticorum verborum κακοζηλίᾳ Belgæ laborant. Hoc tamen verbum priſci potius ævi crediderim, cùm & veteres Angli **næſe** pro naſo dixerint; unde & **næſthyrlo**, nares, illis: ut Pſalmi CXIII. v. 14. **næſthyrlu bi habbath, and na geſtingeath.** (Nares habent, & non odorabunt.) Verbum **ſtincken** olim medium, quod tam in bonam quàm malam partem accipiebatur, ut vir doctus in Notis ad Willeranum. At olim etiam activè ſeu neutraliter uſurpatum fuiſſe, hinc videtur colligi poſſe.

Hoc exemplo poſſunt aliæ quoque traduces linguæ matricibus ſuis facilè aſſeri, ut omnibus palam liqueat, alias eſſe matrices, alias traduces linguas. Sed præter verborum ſingulorum ſimilitudinem, eſt aliud quoque quo id colligatur magni ponderis argumentum; quod ex Grammaticis ſcilicet obſervationibus & Analogiis: ex Idiotiſmis & particularum, puritati & proprietati ſermonis inſervientium, conſideratione ducitur. In

In conſtituendis autem Matricibus linguis, multa conſideranda veniunt, & multæ cautiones & conditiones adhibendæ, priuſquam aliquid ſtatuatur, ne res reprehenſioni aut calumniæ obnoxia ſit. Linguam ſimplicitèr & abſolutè Matricem ego quidem unam agnoſco, Hebraicam. Ex hac aliæ omnes initium ſumpſerunt; ſed ita ut in aliis majorem multò quàm aliis mutationem dudum paſſa ſit. Hoc autem quomodo contigerit, ignorato (ut alibi dicebamus) confuſionis linguarum modo, & in tanta temporum iſtorum & migrationum caligine, noſtrum non eſt definire. In pleriſque linguis hodiernis manifeſta reperiri primævæ veſtigia, certum eſt: ſed an omnia à primis illis incunabulis, an ex recentiore cum Judæis commercio nonnulla, non hîc diſpiciendi locus.

Cæterùm matrices linguæ aliæ prō aliis temporibus, quæ traduces eædem non minùs dici poſſint. Inter Europæ matrices linguam Græcam & Latinam conſtituit Joſ. Scaliger: qui tamen alibi Græcam linguam veterem ferè totam ex Hebraica fluxiſſe, ut & Latinam veterem

terem ex Græca non ſemel agnoſcit: quod & ipſa res evincit. At ex iis linguis multas hodiernas ortas eſſe æquè certum eſt: ut ex Latina, Gallicam, Italicam, Hiſpanicam, & Valachicam; de quâ Stephanus Zamoſius, in Analectis lapidum & antiquitatum Daciæ: ex Græcâ, hodiernam illam, quæ quamvis hodiéque Græcæ (ſed vulgaris) nomen retineat, non minùs à vetere Græcâ diſcrepat, quàm Italica à Latinâ: hanc igitur vulgarem; præter alias, quorum in quibuſdam Inſulis quæ quondam Græcis ſubditæ, uſus obtinet: de quibus Edw. Brerewoodus Anglus in erudito *de linguis & religione hodiernis* ſyntagmate. Pari modo inter linguas matrices minores linguam Wallicam Scaliger enumerat: nec ſine cauſâ, ſi præſentis temporis ratio habeatur, cùm tantùm ab omnibus aliis Europæ linguis differat. Eadem tamen, ſi vetera ſpectentur tempora, & verum ſit quod plerique cenſent, eaſdem fuiſſe, aut certè ſimillimas, veterem Gallicam & Wallicam; veterem itidem Gallicam, Germanicæ fuiſſe Dialectum; non matrix lingua, ſed pro-

pago Germanicæ ſtatuenda eſt.

II. Secundò, alias eſſe legitimas & genuinas matrices; alias ex caſu & ex parte tantùm. Nullam autem eſſe linguam, aut vix ullam, præter Hebraicam, quæ non ex pluribus matricibus, partim legitimis, & ut ita dicam naturalibus; partim fortuitis repetenda ſit.

Exemplo ſit Hiſpanica lingua. Hiſpani veteres priuſquam à Romanis ſubigerentur, propriam linguã habebant à Latinâ (nemo dubitat) planè diverſam. Eam fuiſſe quæ Cantabrica hodie vocatur, & in uſu remanet apud Vaſcones, ſive Biſcainos, cis & ultra Pirenæos montes latè ſparſos, (inclytum ob conſervatam per tot ſæcula libertatem & linguam populum) res ipſa ſuadet, & luculentis argumentis adſtruxit vir doctiſſimus, Arnoldus Oihenartus Mauleoſolenſis; qui etiam vim magnam verborum collegit Cantabricorum, quæ hodiéque aut integra aut paululum immutata agnoſcit & uſurpat lingua Hiſpanica. Quanquam, ut hoc obiter dicam, de Hiſpanico verbo *açucena*, lilium, (quod in ipſo limine occurrit) aſſentiri illi non poſſum, cùm Hebraicam potiùs

potius sapiat originem, nec à scapi rectitudine sic dictum sit, sed ex numero sex foliorum, quibus constat lilium. Post Romanos proximè Gothi Hispaniâ potiti sunt. Tum Saraceni, gens Arabica, Hispaniam in suam potestatem ferè universam redegerunt, ac per plura & ipsi sæcula ibi reguarunt. Postea iterum Gothi: sed hoc nihil ad nos hîc. Quis igitur aliter expectet, quàm ut Gothicæ sive Germanicæ; ita & Arabicæ dialecti multæ sint in lingua Hispanica? Quæ tamen fateor, non temporibus semper metienda sunt; cùm unius interdum sæculi possessio majorem longè inferat mutationem, quàm alio loco aut tempore plurium. Non enim omnium, in propriâ linguâ propagandâ, vincentium par studium: non æqua omnium in retinendâ suâ, qui victi, pertinacia: ut multas alias temporum & morum circumstantias omittamus, quæ ex historiis petenda sunt. Hebræi certè in Ægypto per trecentos plus minùs annos primò hospites, deinde servi, propriam linguam puram illibatâmque (uno fortasse aut altero verbo, quo linguam suam locu-

pletarunt, excepto) conſervarunt. Iidem in Babylonia non totis centum annis captivi, adeò patriam linguam dedidicerunt, ut interpretibus, (quod ex ſacrâ diſcimus Hiſtoriâ) opus haberent, cùm Hebræa legerent. Sed ut ad Hiſpanicam linguam redeamus; ut Cantabrica illius; ita Gothica & Arabica ſunt qui collegerunt. Joſeph. Scaliger Arabica, quartam admodum partem conficere cenſebat: ſed hoc alii negant. Sed quicquid ejus ſit, matrix Hiſpanicæ ſola Latina vulgò audit, ob longè majorem ex illa lingua numerum verborum. Ita Hiſpanica: & pariter res habet in aliis linguis, aut omnibus, aut certè pleriſque.

III. Tertiò, in veſtigandis originibus magna ratio habenda analogiæ, tum communis, tum peculiaris cujuſque linguæ.

Analogiam voco quicquid in verborum formatione, vel literarum permutatione, ratione aliquâ, in natura vel conſuetudine fundatâ, nititur. Hoc omnibus linguis commune eſt, ut in verbis aliæ ſint literæ radicales, aliæ accidentales & aſcititiæ. Ut terminationes,

nes,

nes, ſive breviores, ſive longiores, non ſint de eſſentia verborum. Ut literæ ejuſdem aut affinis poteſtatis facillimè permutentur inter ſe: nullæ autem tam diſſimiles ſint & alienæ, quarum vel euphoniæ cauſâ, vel aliunde, permutatarum exempla non reperiantur.

De literarum Græcarum (nec alia ferè Græcarum ratio, quàm aliarum quarumlibet) poteſtatibus, affinitatibus, & mutuis permutationibus, accuratiſſimè tractavit Caninius in doctiſſima Grammatica. Multa quoque Julius Cæſar Scaliger in eximio *De lingua Latina* opere. Extat & Johannis Paſſeratii, viri doctiſſimi, *De literarum inter ſe cognatione ac permutatione* liber, in quo quicquid in iſto genere exemplorum lingua Latina ſuppeditat, accuratiſſimè congeritur, & ordine digeritur alphabetico. Alii paſſim multa, quicunque de verborum vel obiter, vel compoſitò tractant origine. Nos aliò feſtinamus.

Cæterùm præter communem linguis anologiam, ſuas habet quæque lingua proprias conſuetudines & idiotiſmos, quorum obſervatio magni uſus in ſcru-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [177] - 165
PUBLIC DOMAIN

tandis verborum originibus. Latinis auribus litera *x* vastior visa est: cujus fugâ *axillam* in alam contraxerunt: quam literam etiam è *maxillis* & *taxillis* & *vexillo* & *paxillo* consuetudo elegans latini sermonis (Ciceronis utor verbis) evellit. Huc igitur recurrendum est; & qui hoc nesciret, frustra se in verborum istorum *ala*, *mala*, *velum*, *talus*, & si quæ sunt ejusdem generis aliorum etymis inveniendis torquebit. Eandem literam quòd planè respuerent aut ignorarent veteres Britanni Latina quæ per *x* efferebantur, aliter ipsi scribere coacti sunt. Hinc *tascia*, pro taxatio, in nummis; doctissimus ut dudum Camdenus observavit. Contrà Latini cùm nullum verbum (ut nec Græci) in χ Græcum sive *ch* terminent, Germani autem veteres hodierníque plurima: χ illud finale Germanorum in verbis Germanicis in r suum verterunt, unde obscurata multorum propriorum nominum (ut Beat. Rhenanus aliíque rectè docuerunt) origo. Itali quoque Latinam *x* sæpè emolliunt in *sc*. ut in *esco*, ex *exeo*; *sciagurato*, ex *exanguratus*; aliísque quæ Caninius observat

ſervat. Interdum tamen in ſimplex *ſ.* vertunt; ut in *eſalare, eſaſperare*; (exhalare, exaſperare;) & ſimilibus. Et neſcio an inde fit, quòd litera *ſ.* apud illos (contrà quàm apud Græcos & Anglos veteres, apud quos initiò ſæpe vacat per ἐπένθεσιν,) tum verbis tum nominibus pluribus præpoſita, vim habet particulæ privativæ; ut *ſbarbato*, imberbis; *ſbrigliato, ſfrenato*, effrenis: *ſfortunato*, infortunatus: *ſfare, ſconfortare, ſdentare*: deſtruere, affligere, edentare, & aliis ſimilibus plurimis. Ea certè vis & Latini *x* in multis, ut in *exanguis, exuccus, exanimis*, aliiſque. ſed undecunque illud *s* ſit, ſive ex *x*, ſive *diſ*, (cum dicant etiam *diſſare*, pro ſſare, &c.) propria ea ac ſatis mira non aſſuetis, Italici ſermonis videtur eſſe conſuetudo. Syri & Chaldæi verbis exoticis à litera *ſ* cum conſonante alterâ copulatâ incipientibus, præponunt ℵ cum vocali: Chaldæi quidem cum vocali *i*. (quæ tamen interdum cum *a* etiam efferuntur:) Syri cum *e*: quos Galli & Hiſpani, (in quibuſdam:) neſcio an & alii imitantur; ut *eſchole, eſtomac, eſperer, eſtudier*: *eſſera, eſpiri-*

tuat,&c. ut Cambrobritanni Chaldæos *yſgoll*, *yſtuminog*, &c.

Solent Hiſpani in multis Latinis vocabulis quæ à duplici conſonante, quarum poſterior eſt litera *l.* incipiunt, præcedentem quoq; conſonantem(præcedentem autem conſonantem à ſequente διφωνίας cauſâ in multis verbis affici & mutari, Arabicæ & pluribus aliis linguis commune eſt: qualia Italorum *lotta*,*vetta*; pro,*lucta*,*vectura*,&c. imò & integram ſyllabam;qualia Græcorum κάμμος, pro καλάμος, &c.) in alterum *l* mutare: quod duplex *ll* Hiſpanicum dicuntur Luſitani in *ch* vertere:ut Pluvia, Hiſp.*lluvia*; Luſ.*chuva*. Planus, H. *llano*, L. *chano*. Clavis, H. *llave*, L.*chave*,&c. Mira Bavarorũ conſuetudo, qui pro **k**.ſequente **r**. ſubſtituunt **Iſch**; dicentes **Iſch rickel iſt ein guts Iſchrentlen**:quod alii **Krickophel iſt ein gut Krentlin**: ut ex Fabiano Franco Geſnerus; ex Geſnero Vander-Mylius. Spinoſiora hæc quibuſdam & ſubtiliora fortaſſe videbuntur: quæ tamen ſunt ejuſmodi, ſine quorum diligenti obſervatione ſtultum ſit & temerarium rei ſeſe Etymologicæ ullatenus immiſcere.

Angli

Angli veteres *v.* conſonans Latinorum videntur ignoraſſe: in diphthongum ꝏ (quemadmodum & Græci; Ουαλεείαν, Ουεσπαείαν, &c.) ſive duplex **u.** (quod **u.** Germanicum à nonnullis appellatur) vertentes: ut vallum, **a wall**; vir, **were**; velle, **to will**; væ, **woe**; ventus, **winde**; volvo, **to wallow**; vaſtus, **waſte**; vibrare, (quod apud Feſtum *vibraſſe:*) **to warble**, &c. Interdum in **f.** ut vadum, **a foord**; at vadare, ut prius, **to wade.** Ita & vannus **a fan**; at vannire, ut ſuprà, **to winnow**; volare, **to flie**; vitiæ, **fetches**; vellus, **a fleece**; vulgus, **folcks**; & id genus alia. Quæ autem à Gallis poſteriores Angli acceperunt, in iis Gallorum quoque pronuntiationem retinuerunt. Nec alia promptior ratio antiqua & legitima à novitiis iſtis & ſpuriis dignoſcendi. **Wine**, antiquum: Saxonicè, **win**. at **winiger**, (acetum) recens: quod olim **ecede.** **Winepard**, antiquum quidem verbum; ſed recens ſcriptura: nam olim, **wineyard**: apud Willeramum Abbatem, **wingarden.** Ita **woꝛm**, antiquum; Sax. **woꝛme**: at, **vermine**, recens. **Wirta**, vel **wurta**, viridia,

viridia, herbæ ; vetus : at **verſ**, ab eodem viridi, ſed recentius, pro pabulo viridi, in Legibus quas vocant *Foreſticis*. Vidua, a **wiðow**, antiquum ; Sax. a **wuduye** : at **voyde**, vacuus, ex Gallico, (quod ab eodem *viduus:*) *vuide*.

Aliud Anglis veteribus uſitatiſſimum, ut *C.* literam in aſpirationum verterent. Hinc cornu, a **hoꝛne** ; calamus, **halme** ; vel **haulme** : cannabis, **hempe** ; calx, a **heele** ; capulus, a **haft** ; caput, Saxonicè, **heafod** ; nunc, **head**. Et, ni fallor, olim cytiſus, **hather** : quod apud Scotos hodiéque in eâ notione remanere memini legere. Angli poſteriores ad *Ericam* tranſtulerunt. Hinc & Germanicum **hemel**, ex cœlum : & noſtrum quoque, ni fallor, **hundꝛed**, ex *centum* : & **houſe** (quod olim **huſe**, & **os** ;) ex *caſa*. Sed de hac poſteriore plura poſteà. Ita & calidus, **hott** : abjectâ, ut paſſim, literâ *l*. Non erat igitur quòd Jul. Scaliger ὁ κειλικόπαλος, inverſum rerum ordinem Germanis, *calidum* ſeu *caldum* pro frigido ſubſtituentibus, exprobraret: quaſi ſcilicet illi ſuum illud **kald** ex Latino *calidus* effinxiſſent. Non aliam enim quàm Latini

tini voci *calidus* notionem affinxere. quòd autem pro *calidus* ipſi **hott** ſubſtituerunt, in eo genium linguæ ſuæ & propriam analogiam ſecuti ſunt. At verbum **kalt** (frigidum) ſi ad Latinum contrariæ ſignificationis propiùs accedat, id ex merâ συſχωείᾳ eſt; cùm longè alia ſit origo, ut alibi docebimus. Quanquam ne ſummo viro falſò hoc crimen impingatur, valdè vereor. Certè in illo *De linguâ Latinâ* capite ad quod rejicimur, exprobrationis ullius, nedum *ſalſæ*, neq; vola, neq; veſtigium. Id tantùm dicit, ibi quidem, Scaliger, eadem verba diverſas apud diverſos, interdum & contrarias habere ſignificationes: cujus inter alia multa verbum **calt**, exemplum ab illo adducitur. Sed hoc obiter. Ex Græcis autem plurima pari ratione derivata ſunt; quæ ſuis locis in verborum collectione indicabuntur. Quanquam ex his ipſis quæ ſuprà poſita ſunt, quædam fortaſſe, ut **halme**, & **hempe**, ex Græcis κάνναβος & κάλαμος immediatè ſumpta ſint.

Ejuſmodi plurima ſunt in omnibus linguis, quæ diligenter illis attendenda, qui cum judicio iſta tractaturi ſunt.

Plurima

Plurima ſunt, fateor, in omnibus linguis, ſingularis cujuſdam juris, quæ ad nullam poſſunt analogiam referri; plurima quoque, quæ præter & contra aliorum conſuetudinem. Putidiſſimum ſit, meâ ſententiâ, ad regulas omnia velle redigere, vel exigere: ſed nec minùs temerarium, conſueta & obvia negligere, & in tritis & expeditis acumen ingenii experiri: Τύπτω, τέτυπα, τύπτ. Λείπω, λέλοιπα, λοιπός. Κύπτω, κέκυφα, κυφός. Λέσω, λέλογα, λόστ. Τέμνω, τέτμα, τίμτ. Quis igitur dubitat, quin pari ratione, Θάπτω, (vel ut olim τάφω) τέταφα, ταφτ? Non ego certè, neque ſtuporis invidiam metuam, ſi negem quod vir doctus pertendit, τὸ τάφτ, ex Hebraico תורה ductum. *Nemo facilè repudiet*, inquit, niſi νόον ἀποφώλιος, *& qui neſcit quàm ſepulcra etiam veterum mirè ſignata fuerint, aut ornata,* διζήσαφῆ, *lapide, ſtatuâ, aliis.* Mos ille, res in confeſſo eſt: ſed ut ab illo more τάφτ vox ſumpta ſit, nulla cogit neceſſitas: non magis certè quàm Latina ſepulcrum, cùm tamen & Latinis mos ille non minùs ſolemnis. At ipſum θάπτω haud dubiè eſt Hebraicum, ídq;

ſecundum

ſecundum ἀναλογίαν: ut à עלף, λυπέω; & alia paſſim, in quibus prima guttu-ralis abſorbetur: ita à עטף quod tege-re, *obruere* (ex quo videtur & noſtrum **to burie** manaſſe) ſignificat, eſt τάφω, vel θάπτω ſepelio.

Verbum Germanicum **huis** pro do-mo, (quod Angli **houſe**) ex Græco οἶ-κος profectum multis contendit Abr. Vander-Mylius, vir doctiſſimus & can-didiſſimus, in luculento *De lingua Bel-gicâ* ſyntagmate. Cùm autem longiùs id petitum videri poſſit, opponit (ſi quis id objiciat) tum alia, tum exemplum verbi Hiſpanici *hazer*, quod ex Lati-no *facere* fluxiſſe cùm nemo dubitet, non minùs ab origine ſuâ receſſerit. Poterat & alia facilè, ut *hoga*, ex fo-lium: *huz*, ex *faſcis*; quæ non minùs remota. Sed non eſt eadem ratio. Nam quamvis *hazer*, à facere, &c. ſono qui-dem multum differt; certiſſimâ tamen nituntur hæc analogiâ. Ita enim paſſim Hiſpani Latinum *f* in *h*. convertunt. Hinc *fœmina*, illis *hembra*: fames, *ham-bre*: focus, *huigo*: fugere, *huir*: aliá-que non pauca. At ut ex Græco οἶ-κος, Germanicum **huis** emergat, nulla, quod

quod ſciam, ſuadet analogia : niſi ad metatheſin confugiamus, & ex οἶκος primò fiat κοῖος ; ac tùm demum **huis**, vel **houſe**. Atqui nihil opus eò confugere, cùm præſto ſit Latinum *caſa*, ex quo mutata pro more (de quo diximus) primâ conſonante in aſpirationem, facilè emergat **huis** vel **houſe**. Quanquam (ne quid Lectorem celem) quoties ſolemne illud Romanorum fores domorum pultantium *heus, heus*, apud Comicos lego ; ſubit ſuſpicio ex hâc ipſâ pultantium formulâ domibus ipſis (qualia multa contingunt) apud Anglos veteres appellationem remanſiſſe.

IV. Poſtremò, cùm non ſint ultra 24. plus minùs (non enim id nunc agimus) literæ, ex quibus, ſive pluribus, ſive paucioribus, velut elementis omnia omnium linguarum vocabula formantur ; non poſſe aliter fieri, quia multa in linguis diverſis occurrant vocabula, quæ ſono & ſcripturâ ſint eadem, aut valdè affinia : multa quoque quæ non ſono tantùm, ſed & poteſtate ſive ſignificatione partim eadem ſint, partim valdè ſimilia : quorum nulla alia præter generalem

neralem illam quam attigimus, particularis ratio reddi poteſt alia, quàm pura puta *συμπτωσία*, ſive caſus.

Hac unâ concluſione corruunt infinitæ ob quam malè audit hoc ſtudium etymologiæ, (aut pſeudologiæ potiùs:) quæ nullâ aliâ veri ſimilitudine nituntur, quàm aliquâ ſoni ſimilitudine. Nam ad ſignificationem quod attinet, vix eſt ut ulla ſint tam alienæ per ſe ſignificationis verba, quin aliquid ſubtiliter excogitari poſſit, quo propinquitas inducatur aliqua, quæ levibus ingeniis ad etymologiam ſufficiat. Nam quid dicam de illis, quæ tamen occurrunt paſſim, & ex quibus grandia conſurgunt volumina, quæ ex literis partim inverſis, partim mutatis? ſed objiciat aliquis: An igitur nullæ in verborum ſcrutandis originibus admittendæ metatheſes? nullæ literarum mutationes? De hoc mox viderimus. Iſtud interim quod modò dicebamus de verbis & ſono & ſignificatione κατὰ *συμπτωσίαν* iiſdem, quia magni momenti eſt, quò magis liqueat, exemplis aliquot illuſtrabimus.

Ἄλως, Græcum eſt, diverſarum, imò

&

& contrariarum ſignificationum verbum. Nam & inopem exponunt, & divitem: tum etiam robuſtum, & invalidum: præterea, brevem ævi; & ut alii, longævum: quorum omnium ratio cuivis in Græcis non hoſpiti ex diverſâ poteſtate (intenſivâ vel privativâ) particulæ α: tum verò diverſitate radicis βία, vel βίος, manifeſta eſt. אֶבְיוֹן Hebraicum, quo, ſono & ſcripturâ nihil poteſt affinius eſſe, pauperem & egenum, ex radice quæ deſiderare (quis autem magis quàm pauper & egenus?) ſignificat, notat. Cui autem ſano, vel minima ſuboriatur ſuſpicio vel Græcum ex Hebraico; vel Hebraicum ex Græco, quorum, ut diximus, tam manifeſtæ rationes originis, ortum eſſe? Eadem ratio ſequentium: quod ſemel moneo, ne idem ſæpius repetendum ſit.

שׁוֹפֵט Heb. *judex, moderator.* Græcè σωτὴρ, *ſervator.* Quid verò magis competit vero judici, quàm æquâ juris adminiſtratione, ab injuriis potentiorum minùs potentes ſervare? Sed & קְשׁוֹט dominatus, quàm benè cum μυστήριον ſignificatione convenit, cùm omni ferè dominatui ſua conſtãt arcana, ſine quibus

bus vix ullum diuturnum imperium.

Menſura, Latinum, opinor, à *metiendo* verbum: Ut & קְשׂוֹרָה Hebraicum; quod tamen cum Latino & ſono & ſignificatione planè congruit.

Pellex, Lat. ab eadem quâ & *illex*, origine. At פִּלֶגֶשׁ (à quo Græcum παλλακὴ & παλλακὶς) ejuſdem ſoni & ſignificationis, Hebraicum.

Sufficere, & *ſufficientia*, Latina. שִׂפְקָה ſeu סִפְקָה Chaldaicum, idem planè.

Paſſus, à paſſis pedibus, quòd in gradiendo pandantur ſive extendantur pedes; ſi non certa, certè probabilis origo. פְּסִיעָה & פֶּשַׁע Hebræis quoque idem.

Βύκερως, corniger. unde Lucretio, *Buceriæ greges*; & *bucera ſæcla*. Hebræis בָּקָר non bovem tantùm ſignificat; ſed & boves, armentum.

Ἐγκαίνια, feſtum dedicationis: ἐγκαινίζω, dedico, renovo. Heb. חָנַךְ dedicare; חֲנֻכָּה dedicatio, initiatio.

Ἀφορίζειν, ſeparare: פָּרַשׁ & אַפְרִישׁ, idem.

Caldarium, Latinis, à calore foci, (ut θερμάστρα Græcis:) ex quo Gal. *chaudron*. Heb. קְדֵרָה, ab atrore.

שׂאת Hebr. quod onus significat, peperit fortasse Latinum *onus*: & Græcum ὄνος. At Anglicum **burden**, ex Latino *burdo*, quamvis eadem ratio, absurdum deducere: cùm φέρειν, (ex quo, **to beare**:) & φορτίον propiora.

Νωχελὴς, νωχελία, νωχελίζω, tarditas, imbecillitas, &c. quàm propè accedunt ad Gallicum, *non chalant*: ut & Latinum *fœneus* (quid *homo fœneus* olim, docet Asconius in Ciceronem:) ad *faineant*; ex quàm diversâ origine?

Base, usitatissimum Anglis verbum, nominibus adjectum vilitatem & turpitudinem rei notat. Idem verbum per modum Interjectionis usurpatum; usitatissima quædam est quasi abominandi seu exprobrandi formula. Quàm antiquum sit nescio: origo certè, Gallicè intelligentibus non obscura. Atqui eundem quoq; apud Arabes usum habet hæc vocula, ut Erpenii in Alcoranum notæ me docuerunt, بيس *Bisa* (inquit ille) vocula est quâ cum admiratione quâdam rei malitia indicatur, q.d. *O quàm malum!* contrarium نعم *Nihma, O quàm bonum!* Ut Anglici ex Gallico

Gallico idiomate: ita Arabicorum istorum verborum ex Hebraico non minùs manifesta origo. Quò etiam respexit Hesychius, cùm Βάσα, ἀιχνύνλω exponit: ne quis & Græcos ita locutos suspicetur. De Anglici tamen verbi (ut verum fatear) origine ampliùs cogitans, eò propè adducor ut ampliandum putem. Movet autem me, quòd Gallos suum illud *bas* sic usurpare (per interjectionem, vel exclamationem) nunquam memini: tum verò quod etiam Anglicum **blush**, pudore suffundi, manifestam prodit ex Hebraico בוש, ex quo Arabicum illud manavit, originem. Illis autem assentior qui Gallicum *bas*, ex Græco βάσις ortum conjiciunt.

רדה Hebr. dominari, castigare: Latinum, *erudire*: Anglicum, **rod**: sono & significatione (quis non agnoscat?) cognatissima: originibus disjunctissima.

Talia, ne longus nimis sim, אפתם, Græc. ἄφελ☉; Lat. *affatim*: שרביט σκῆπτρον: פרחמים, οἱ φοῖτοι, & alia plurima quæ quæque lingua suppeditat. Hæc γλίμαλ☉· χάειν sufficient hîc; cùm

quivis paulò attentior multa ex propriâ possit observatione supplere.

Concludimus igitur: verborum cum rebus, quæ naturâ censentur, in multis convenientiam observare est; éstque utilis ea, jucundáque (ut mihi quidem semper visum) speculatio. Prolem parentes, & illos proles ipsa oris & indolis similitudo sæpe prodit, ut multis aliàs ignaris, solus indicium fecerit conspectus. Ita quidem olim gravissimus & facundissimus Basilius in notissimâ Epistolâ: Ἐπέγνων σε ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ ὥσπερ ἐκ τῶν φίλων παῖδας ἐκ τῆς ἐμφαινομένης αὐλοῖς ὁμοιότητος πρὸς τὸν τεκόντας ἐπιγνώσεσθαι. Quò pertinet illud Poëtæ suavissimi,

Sit suo similis patri
Mallio, & facilè insciis
Noscitetur ab omnibus.

Quæ quidem opinio apud veteres adeò obtinuit, ut ipse non veritus sit Aristoteles pronuntiare partum parenti dissimilem, monstrum quoddam esse; nec pro legitimo naturæ fœtu habendum. si quis tamen hoc πειλπείῳ fisus, aliis omnibus indiciis & γνωείσμασι insuper habitis, de genuinâ prole pronunciare præsumet;

præsumet ; quantam, quæso, in rebus confusionem inducet? Quàm multos ille & legitimos abjudicabit ; & spurios, adulterinos, ignotos, pro veris ac genuinis adoptabit? Ut autem in rebus, non una similitudinis species : alia enim oris & vultus ; alia indolis & ingenii : ita in verbis, alia soni similitudo, alia analogiæ, quæ plerumque certius est χρήσιμον. Ut ex.gr. verbum Hispanicum *hüo*, quod filium significat, si ex sono pronuntiamus, Græcum ὑὸς statuamus originem ; si ex analogiâ illâ Hispanicæ linguæ propriâ, de quâ suprà ubi de etymologiâ verbi *house*, vel *huis*, egimus ; Latinum *filius* ; quam veriorem esse etymologiam & illud suadet, (quod etiam ad analogiam referri potest) quòd lingua Hispanica sit Latinæ tradux, ut ex infinitis ejus linguæ verbis ex Latinis variè inflexis, cuivis liquere queat : Græcæ autem linguæ perpauca, si fortè aliqua, in eâ reperiantur.

Sed ut ad exempla illa redeamus, & quod inde nobis hîc præcipuè propositum fuit : si talia passim in omnibus linguis occurrunt ; quid illi, quæso, censendi sunt, qui verborum origines,

(ubi nulla alia ratio, quæ ſuadeat,) ex merâ & multiplici captant literarum tranſpoſitione & permutatione? Aut verò mirum ſit multa hâc viâ graſſantibus ſuccedere; cùm tam multa reperiantur ejuſdem planè & ſoni & ſignificationis, quæ tamen certum ſit diverſæ gentis & familiæ eſſe? Quæ tamen non eò dicuntur à me, quòd omnem literarum metatheſin aut adeò permutationem in explorandis originibus explodendam cenſeam: quibus negatis omnis ferè concidat etymologica res neceſſe eſt. Nos multa in hoc genere poſteà afferemus. Vel linguas ex Latinâ ortas, ſi quis moroſior eſt, inſpiciat. Quàm crebræ, quàm manifeſtæ, permutationes ejuſmodi, & metatheſes occurrunt? Eadem ratio verborum Latinorum ex Græcis ortorum; aut Græcorum ex Hebraicis. Cùm tamen ex adverſo certum ſit, ſi ubivis admittatur iſta ratio, quamlibet ex aliâ quavis linguâ derivari poſſe linguam, ac poſt multiplicia ludibria, eò tandem rem neceſſariò redituram, ut nihil in hoc genere certum ſit; planè, aut otioſis iſta relinquenda, aut præfigendi certi limites,

limites, quos intra debeant conſiſtere, qui in iſtis occupantur. De quo donec alii peritiores ſtatuunt, mihi hæc in mentem veniebant.

I. Primum igitur hoc erit, ut affinitas aliqua propior linguarum ex quâ & in quam tranſlata verba perhibentur, demonſtretur. Cujus quidem demonſtrationis ratio duplex eſt: vel ex hiſtoriâ: aut ſi hiſtoria (quod poteſt accidere) deficit, ſaltem ex congerie verborum, vel tantâ, ut ipſa multitudo indicio ſit; vel talium, ut res ipſa apud æquos & idoneos judices fidem faciat, caſu iſta accidere non potuiſſe.

II. Proximum erit, ut modus adhibeatur, & admiſſâ (ſi fortè) unâ aut alterâ, aut etiam pluribus, ſed quibus & ſonus favet, (quâ in re adhibendum eſt judicium aurium) & ſignificatio vel eadem, vel certè valde propinqua, per metatheſin derivatione, adblandiente ſubtilitate illecti nimis non evagemur & excurramus.

Exemplo ſit radix Hebr. אלף ex qua ſtatim ἐλέφας & ἄλφω, obviâ ratione, & rectâ, ut ita dicam, lineâ, emergunt. Nam de *Alphonſo* quod addunt, mihi

non perſuadent. Germani viderint, qui ſibi vindicant. Jam ſi quis ex inverſis in פלא literis, τὸ πολὺ quoque eliciat, quanquam non deſit propriæ originis non improbabilis ratio, & alia ſint verba Hebraica, ex quibus minori opere repeti poſſit; non ego tamen valde repugnaverim. At pergunt qui ſuæ licentiæ nullas metas poſuere: & φύλη, inquiunt, ab hoc (imaginario, inverſo:) פלא: ſed & πάλλας, & πῶλος. At cur non potius φύλη, à φύω, ut φύλλον: & πάλλας non à fictitio illo, ſed vero verbo פלש, ut doctiſſimus Junius cenſebat; vel certè פלץ, ut alii? Ad τὸ πῶλος quod attinet, facilè conceſſerim originem exoticam ſapere: inepta enim videtur, quam Grammatici Græci afferunt. Eruditiſſimus Caninius ex Punico verbo (mihi, fateor, ignoto) *Phala* deducit. Sed hoc nihil ad imaginarium iſtud. Pergunt tamen. Etiam *Pales*, Dea ruſtica, ab eâdem, inquiunt, origine. At quanto probabilius alii ex Syriaco פלח ex quo פלחא agricola, vinitor? Pergamus: Πελὸς, Græcum, ſatis vulgari ſignificatione, quod *niger* Latinis. Hinc πέλιοι λύκοι, πελίας ὄνος, πέλλις

πέλλις βῆς: quibus color istorum animalium fuscus seu ater indicatur. Extant autem ista vix ullibi, nisi apud Grãmaticos veteres; quorum testimonium ut ut verum sit, an verba tamen eorum ab omni mendâ, ut in re obscurâ & insolente, libera ad nos pervenerint, dubitari potest. Sed ut & ista rectè habeant, quis tamen Etymologistam nostram, quicum nobis hîc res est, docuit πελίαν, ἁπλῶς, idem esse quod πελίαν ὄνον? aut πέλλην, quod βῆν πέλλω? sed opinor quia πελίας, ἁπλῶς, pro columba nigrâ: ideò & illa quoq; similiter. Quasi quis ita disputet, quia *Negro* absolutè sumitur pro Æthiope; cur non & *Niger* absolutè pro cane nigro? His igitur postulatis ac concessis, quid supereſt quàm ut imaginarium πελίας, i.e. ὄνος; & imaginarium πέλλη, i.e. βῆς; ab imaginario פלא deriventur? Sed nondum finis. Nam βάπαλος quoque apud Suidam in Aristophane exponitur ὄνος. Unde igitur & illud πάλος, nisi ex isto fœcundissimo פלא? Certè quantum ex verbis quæ profert Suidas, datur colligere, βάπαλος non fuerit ὄνος, animal propriè; sed homo duri

duri corii, quale illorum debet esse, qui sunt magni luctatores, aut qui cum bobus, & tauris audent congredi: quæ Græci verbi vis est.

Unum adhuc restat, ídque in hoc genere palmarium, ex quo lector intelligat, quò istorum processerit audacia. Gallicum *palfroy* (ut & Anglicum **palfrey**) cùm propriè de equis insignioribus qui ad pompam, aut honorem vectorum manu ducuntur, usurpetur, quis non iis assentiatur qui ex Gallicis verbis *par le frain* compositum verbum existimant? Certè, etiam in Historia Æthiopica mentio fit sex puerorum nobilium, qui vocantur *Legameneos*: i.e. *pueri ad capistrum*, quòd equitantis *Neguz* latus proximè stipent & ambiant. *Palfhredus*, vel *Palefredus*, vulgò equus dicitur. Germanicè, **palfernier**: Gall. *Palefrenier*: Italicè autem, *palafrenero*, dicitur anteambulo; ut Kylianus notat in suo Etymologico. alii *servitore di stalli* exponunt. Quædam vulgata Lexica τὸ *palefrenier*, *manducus* interpretantur. Quod si aliquâ vetere nititur authoritate, & est *manducus* (nam à *manduco* longè aliud) quasi

quaſi *manuducus*, optimè vim nominis expreſſerit. Non me latet aliunde quoque ab aliis arceſſi verbum. Sed de inverſâ illa* radice Hebraicâ, quis unquam, niſi per ſomnium, cogitaſſet?

* *Si bien que ia continuerai à deriver de* פלא pele, palefredus, palefroid *en Francois,&c.*

Idem tamen alibi poſteà in פרד ex Latino *veredus* (q. d. *paraveredus*, &c.) non multò probabiliùs deducit: cùm (præter alia:) *veredus*, equus ſit curſorius, aut venaticus, propriè; *palfredus* autem, qui ad pompam lentè ducitur, aut incedit.

Ex his paucis judicet lector quid de cæteris ipſi ſperandum ſit; ut non mirum, ſi viro illi gravi ac docto bilem moverit. Quanquam non negem in quibuſdam optimè illi acumen ſuccedere. Et per me quidem plus meruerit ille gratiæ pro paucis illis; quàm invidiæ pro pluribus diſſimilibus. Cum Varrone dicam, ſed paululum mutatis verbis: *De originibus verborum, qui aliqua dixerit commodè, potiùs boni conſulendum; quàm qui multa nequiverit, reprehendendum.* Qui rara & ſublimia captant, audendum illis eſt. Magnorum ingeniorum ut plurimùm hæc labes. Hinc tamen alii non pauci, quamvis impares ingenio, pari tamen audaciâ ſe gerentes, hoc exemplo ſe tuentur.

Sunt

Sunt qui Etymologiis, quas *per alluſionem* vocant, multum delectantur. Ut qui *diabolum*, quaſi qui *duos bolos*, &c. Quanquam plures, opinor, haud probant; ego tamen eâ conditione excuſarem, ut qui talia ſectantur, ſaltem inter veras Etymologias non miſcerent, ne vel imperitis, cum veris temerè confundentibus, errandi, ne dicam delirandi; ſeverioribus autem totum hoc ſtudium deridendi anſam præbeant. Nulli certè de eo pejus merentur, quàm qui vertunt in ludibria: Et veritatem rerum (quod Etymologiæ verbum pollicetur) profeſſi; ad alia converſi, vim veritatis omnem dum ludunt, elidunt.

Neminem libenter nominem, niſi ut laudem. Sed nec peccata reprehenderem, niſi ut aliis prodeſſem. Libenter igitur Joh. Avenarium hoc loco commemorabo: quem ego judico in hoc argumento modeſtiſſimè, & optimo judicio verſatum eſſe. De Germanicis ejus, meum non eſt judicium. In Græcis autem ex Hebraicis eruendis, pauca ejus hactenus, obiter & ex re natâ tantùm verſanti mihi occurrerunt, in quibus

bus ſagacitatem ſuam non optimè probaret. Ut mirer in tanto Hebraizantium numero, qui Hebraicas origines tam ſtudioſè conſectantur, majori in pretio non eſſe iſtud opus, quo nihil in iſto genere perfectius hactenus in lucem prodiiſſe perſuaſum habeo.

III.

Hoc ultimum, quod jam ſuprà monuimus, nec fruſtra tamen hîc inculcabitur; ut ἀναλογίας ſemper, quantum fieri poteſt, ratio habeatur; neque ad remota referamus, cujus in propinquo cauſſa eſt.

Atque hæc hactenus in genere præfati ſumus; quæ quanquam per ſe talia, ut non abs re lectoris non unius fortaſſe quocunque loco futura ſint: aliis autem nonnullis, qui facilè carere poterant, intempeſtiva videri poſſint: nobis tamen neceſſaria viſa ſunt, à quibus, priuſquam Saxonicas Etymologias aggrederemur, inciperemus. Id jam nobis curandum ſcilicet, ut quæ deinceps ſuperſtructuri ſumus, iis quæ præſtruximus, congrua ſint & conſentanea; de quo lectoris erit judicium.

Linguam igitur Saxonicam, ſive Anglicam veterem, linguæ Græcæ traducem

cem esse, aut magnâ cum lingua Græcâ cognatione conjunctam esse, persuasit inprimis vis verborum aut planè eorundem, aut solâ quasi dialecto differentium: talium inquam verborum vis, quanta sola sufficere possit ad vel aversissimos & morosissimos, modò qui sint harum rerum planè non imperiti, convincendos.

Quando hoc præcipuum est, non postulo ut gratis mihi credatur: res ipsa fidem faciet. Poteramus autem numerum hunc vel decuplo majorem exhibere, si Saxonica diligentiùs excussissemus: aut, ut dicam quod res est, meliùs intellexissemus. Nos verò in magnâ verborum copiâ, ea potissimùm delegimus, quæ hodiéque essent in usu, quò plures possent judicare; (nam quotusquisque qui Saxonica, proh pudor! intelligat?) & fructum ex labore nostro percipere. Sciat præterea Lector multa alia, quæ hunc numerum puto æquarent, si non superarent, nullo nos negotio potuisse congerere, verba (ut nunc quidem loquimur) Anglica, quæ Græca, aut Græcæ originis esse certissimum est: ab iis consultò abstinuisse, ne

ne fucum lectoribus noſtris faceremus. Talia autem, verba quædam Eccleſiaſtica, quæ cum fide Chriſtiana in uſum ſunt invecta, ut jam pridem monuit Walafridus Strabo. Quòd autem hujus Walafridianæ obſervationis ſic meminerunt viri quidam docti; quaſi ab iſtâ potiſſimum origine repetendum eſſet quicquid verborum in linguâ Germanicâ Græcorum hodie reperitur; in eo falluntur ut qui maximè: & quàm magnus eſt illorum error, tam facilis eſt ad arguendum; ut ex illis quæ poſtcà dicturi ſumus liquebit. Secundò, abſtinuimus à verbis illis, artium propriis, quæ plurima ſunt, Græcæ quidem, ut omnes norunt, originis, ſed pluribus jampridem linguis communia. Abſtinuimus autem, quia non ab ipſis immediatè Græcis, ſed à Latinis, ut Latina, ad Anglos pleraque, ſi non omnia, pervenere. Multa quoque à Gallis accepta, quæ quanquam Græca ſint; quia tamen non à Græcis, ſed ab illis accepta, nihil ad rem noſtram, & ipſis relinquenda judicavimus. Quanquam autem poteſt fieri ut velut Angli multa ab illis; ita & viciſſim nonnulla & illi

ab

ab Anglis, aut certè ab ipsis utriq; Græcis acceperint : nos tamen, ut in multâ copiâ, tam liberales fuimus, ut quæ Gallis & Anglis communia cognovimus, omnia aut certè pleraque quoad ejus potuimus prætermitteremus.

Scripsit de linguæ Gallicæ cum Græcâ cognatione Henricus Stephanus, author immortalis operis, quod *Thesaurum linguæ Græcæ* indigitavit. Ut autem erat ille Vir in omni literaturâ meliore consummatissimus, linguæ autem Græcæ vel ad miraculum peritus, ita hoc opere defunctus est. Ita enim omnia in utriusque linguæ consuetudine vel abditissima & minutissima diligenter rimatus est ; omnes orationis particulas, (quarum quantò in omni lingua difficilior, tantò utilior observatio :) omnes idiotismos excussit, eruit, explicavit, similia cum similibus comparavit, ut exemplum quidem in hoc genere aliis ad imitandum reliquerit absolutissimum, sed quod pauci sint assecuturi. Nos quoque multa notaveramus olim in libris nostris locutionum & idiotismorum genera, in quibus lingua Anglica cum Græca conveniret:

niret. Sed quia quos olim legeramus & notaveramus libros, dudum iis maximam partem privati ſumus, hanc partem quæ in comparatione locutionum & idiotiſmorum conſiſtit omittemus. In repræſentandis autem ſingulis verbis, cautiores erimus quàm fuit incomparabilis ille vir, ne artium vocabula ſcilicet, aliáque à Latinis accepta, cum veteribus & genuinis confundamus, quæ à Græcis immediatè manaſſe contendimus. Talia *Anatomie*, *antidater*, (Anglicè, **to antidate**) *apoplexie*, *apoſtat*, *apoſtre*, (Angl. **an apoſtle**) *apoſtume*, (Angl. vulgò **impoſtume**) *apothiquaire*, *archeveſque*, *archidiacre*, (Angl. **archbiſhop, archdeacon**) *arithmetique*, *armonie*, (Angl. **harmonie**) *authentique*, aliáque innumera, quæ in ipſius collectione utramque ferè quod aiunt paginam faciunt. Quod tamen in illo non adeò miror, quàm Vander-Mylium, qui non Stephano quidem quod ſciam, quem fortaſſè non legerat; ſed Trippaulto (mihi nunquam viſo, nec antea vel audito) hoc objicit; eundem tamen in ſuâ collectione ab illis non abſtinuiſſe, quæ certiſſimum eſſet partim à

Gallis, partim à Latinis ad Belgas transiisse. Nisi quis ista Belgica, **forme, rose, spelonche** & similia, potiùs ex Græcis, μορφὴ, ῥόδον, σπηλαῖον, orta esse, quàm vel Latinis, *forma, rosa, spelunca*; vel Gallicis, *forme, rose*; possit in animum inducere ut credat: cùm tamen ex utrâque linguâ passim multa in linguâ Belgicâ esse, & quotidie multa sumi nemo possit negare.

Præter numerum, ipsa verborum qualitas & propria quædam ratio, quam in multis animadverti, multùm moverunt, ut ita crederem. Jure id, an injuriâ, judicet lector.

Ἀγαθὸς, (γάθ☉) Anglicè, **good**: idem verbum: sed hoc nihil. At βελτίων, βέλτιστ☉, ex ἀγαθὸς, non ordinaria; & miræ olim inter Grammaticos Græcos (teste Plutarcho) de origine concertationes. Utrumque Angli, **better, best**, inflexis paululum, & contractis ad suam consuetudinem, verbis. Unde autem, nisi ab illis?

Μέγαλ☉, (ita olim, quod postea μέγας) Angli olim, **mikell**: vel **michel**: unde proprium nomen, **Michel-grove**: quasi *Magnus lucus*. Apud Willeramum

ramum Abbatem **Wichelon.** Μείζων, (quod etiam μάσων) major, Anglicè, **mara**: ut Mat. XI. *mara Johanne Fulwhitere*: major Joh. Baptiſtâ: & mox, **ys him mara**; eſt illo major. Μέγιστος, maximus, nunc **moſt**, quod olim **maſtan**. In **mara**, τὸ **r** ſolemne eſt comparativi Saxonici characteriſticum, ídque Græcorum, ut infrà videbimus, imitatione.

Μικρὸς, ἐλάσσων, ἐλάχιστος. Pro μικρὸς, aliud ejuſdem ferè ſignificationis ſubſtantivum Græcum ſubſtituerunt Angli: Λιτὸς, **little**. Comparativum & ſuperlativum idem retinuerunt: ἐλάσσων, **leſſe**: ἐλάχιστος, **leſt**. Videbuntur fortaſſe imperitis inſolentiores ejuſmodi contractiones verborum, ἐλάχιστος, **leſt**. at nos poſteà, quæ magis mirentur, de quibus tamen nulla poteſt eſſe controverſia, proferemus.

leſſ à lafiſt

Notiſſimus apud Græcos & uſitatiſſimus comparandi typus, ut comparativus deſinat in ερος; ſuperlativus in τος: quod hodiéque, quantum ad characteriſticas literas attinet, retinent Angli: **Long, longar, longeſt. Short, ſhorter, ſhorteſt.** Atq; ita veteres Angli **Sno-**

ter (συνέτος) prudens : **ſnotere** vel **ſnotra** : (συνετώτερος :) prudentior : **ſnotereſt**, συνετώταλος. **Right wyſe**, juſtus: **right wyſere**, vel **right wyſra**, juſtior : **right wyſeſt**, juſtiſſimus. **Ealð** (ἔωλος) vetus : **ealðre**, vel **ealðra**, (ἐωλότερος) veterior : **ealðeſt**, (ἐωλότατος) veterrimus. Ut omnino Verſteganus Anglus, de Saxonibus alioquin optimè meritus, cùm ſuperlativi veterem formam ſeu terminationem **ſtan** fuiſſe ſtatuit, & terminationem **eſt** recentiorem eſſe ſancit, in errore fuerit.

Nominum Græcorum declinandorum typus inter alios uſitatiſſimus, τυχὴ, τυχῆς, τυχῇ. Veteres Angli an plures declinationum formas habuerint, incompertum mihi. Iſta autem quàm fuerit uſitata quò melius lectori conſtet, non pigebit ex Ælfrico, vetuſtiſſimo Grammatico (cujus uſum doctiſſimo & amiciſſimo Somnero debeo,) Saxonicæ iſtius formæ exempla per omnes Latinarum Declinationum ordines hîc apponere.

Prima Declinatio: Nominativo, hic cythariſta, **thes hearpere**. Genit. cythariſtæ, **theſes hearperes**. Dat. cythariſtæ, **thiſum hearpere**. II. De-

II. Decl. Nom. hic faber, **thes ſmith:** Gen. hujus fabri, **theſes ſmithes:** Dat. huic fabro, **thiſum ſmithe.**

III. Decl. Nom. hoc poëma, **thes leoth cræfte:** Genit. poëmatis, **theſes leoth cræftes:** Dat. poëmati, **thiſum leoth cræfte.**

IV. Decl. Nom. hic ſenſus, **this andgit:** Gen. hujus ſenſus, **theſes andgites:** Dat. ſenſui, **thiſum andgite.**

V. Decl. hic & hæc dies, **this dæg:** Gen. diei, **thiſes dæges:** Dat. **thiſum dæge.**

Hactenus Ælfricus. Jam Infinitivorum Græcorum terminatio inter alia, & præ aliis uſitatiſſima, eſt in ειν: ut τύπτειν, &c. Saxonicorum, (ut hodiéque Belgarum & Germanorum) in **en** vel **an.** ut **ſyllen,** dare. **ſettan,** ponere. **ſendan,** mittere. **ſecgan,** exprimere. Et ut Græci Infinitivis vulgò præponunt articulum neutrum τὸ, ut τὸ ἐσθίειν, τὸ πίνειν; *edere, bibere:* ita Angli vulgò, **to eate, to drinke.** Τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν: Philipp. II. v. 13. **to will, and to doe.** Τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ὄζει, **to pleaſe many** (vel cum articulo, **the many:**) **is to diſpleaſe the wiſe.**

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [209] - 197
PUBLIC DOMAIN

wiſe. Τὸ ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν βέλτιον, **to ſuffer wrong is better then to doe wrong.** Si hoc tam notabile omiſiſſem, non unus fortaſſe oſcitantium reprehendiſſet. Ingenuè tamen fateor ſubdubitare me an in iſta conſtructione Anglicum **to**, ſit loco articuli Græci. Sæpe enim ad exprimendum Latinorum gerundium in *dum* adhibetur hæc particula loco præpoſitionis *ad*: ut, **And they roſe to eate**: & ſurrexerunt ad edendum, &c. Quò referas illa vetera, & longè elegantiſſima, **to become thine rice**: vel, **to cymeth thine ric**: adveniat regnum tuum: in vetuſtis Orationis Dominicæ verſionibus. Interdum etiam cum verbis eleganter coaleſcit iſta particula; ut, **And thees temple wæhpſt wearth to ſliten en midden**; & velum templi ſciſſum eſt medium.

In his, locus articulo Græco cùm non ſit, aut ita ſtatuendum eſt, duplex eſſe illud τὸ, quorum illud articulo Græco reſpondeat; iſtud verò Latinæ præpoſitioni; non tantùm cùm gerundio præponitur, ſed aliàs quoque; ut cum motus indicatur, **to goe to the towne**, ire

ad

ad urbem, &c. aut (quod non minùs probabile) fuerit idiotismus Anglicanus, aut Germanicus; (nam Belgicis quoq; verbis haud paucis ita præfixum video, ut coalescat:) non gerundia tantùm, sed & Infinitivus modus, aut Infinitivorum potiùs præsentia tempora, ad Gerundiorum Latinorum normam exprimere.

Erat aliud quoque quod de articulis & aliis particulis quibusdam dici posset: sed quæ fortasse subtiliora quibusdam videbuntur. Nos igitur ad manifestiora properamus.

In recensione verborum cognatorum, ab elementis incipiemus. **Earth**, terra: dubium ex Græco ἔρα; an Hebr. ארץ. **Aire**, *aër*: ex Græco ἀὴρ, an Latino *aër*. At **fyer**, ignis, ex Græco πῦρ (quod tamen non est origine Græcum, sed Phrygicum:) & **water**, aqua, indubiè ex Græco ὕδωρ: unde consequens videtur, ut & illa dua priora ab eadem sint origine. **Weather**, æther, αἰθὴρ; potest ex utrovis duci. sed **raine**, pluvia, non est dubium, quin ex Græco ῥάινις. Σκία umbra, non tantùm τὸ **shade** (umbra) peperit; sed, ni fallor, & τὸ

ſkie, cœlum. Id enim videtur etiam Græca vox olim ſignificaſſe; & inde σκιοθηρεῖν, non umbras tantùm, ſed & cœlum obſervare; ut in Heſychii loco, ubi φρέαρ ὀρύπτειν, quid ſit docet. Ait autem: Φρέαρ ὀρύπτειν, σκιοθηρεῖν: οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν μαθημάτων εἰώθασι τὰς μετεωρολογίας, λαμβάνειν καὶ σκιοθηρεῖν ἐκ τῶν φρεάτων. Etiam Saxonicum **lyfte** ambiguum, quod non cœlum tantùm, ſed & nubes, quæ cœlum obumbrant (aut terram potiùs) ſignificat. *Lambre* Hiſpanicum quod lucem ſignificat, ex umbra Latino, vel Gallico *l'ombre* factum (mira ſignificationis inverſione) videri poſſit. Sed falluntur, opinor, qui ita cenſent. Ex Latino ſiquidem *lumen*, interpoſito *b*. ut in multis aliis, verior etymologia. **Moone**, luna, ipſiſſimum μήνη: cur non & **month**, menſis, ex Græco potius μλὼ, μηνὸς; quàm Latino *menſis*? ſic **father**, **mother**, pater, mater: ex Latinis poſſunt, & ex Græcis proveniſſe: ut ab his tamen potiùs credamus, ſuadent ejuſdem nomenclatura alia: ut ὑιὸς, (in accuſativo ὑιὸν) verſâ pro more (de quo poſteà) in ſibilam literam aſpiratione, **a ſon**; quod olim etiam **ſunu**.

Item

Item θυγάτηρ, **daughter**: & **sister**, ex ὑστέρα, nomine substantivo, quod matricem, &c. significat; ut & μήτης, ἀπὸ τῆς μήτρας, quod ejusdem est significationis; quæ videntur primò generalia nomina fuisse, pro fœminâ in genere; posteà usu propria facta: Ut hoc de fœminâ matre, seu quæ mater esset; istud de fœmina, quæ soror, propriè dicerentur. Quid mirum, cùm fœmina Latinum (ita mutant significationes, de quo posteà pluribus **fæmne**,) Sax. virginem propriè; & **fæmnhade** virginitatem denotarit? Sed & φράτηρ apud Græcos magis generale verbum, quàm vel *frater* apud Latinos; vel **brother** apud Anglos: quæ tamen ex isto communiore verbo manasse nemo dubitat. Caterùm, τὸ μήτης, ex μήτρα; an hoc ex illo derivemus, non magni interest: & fieri potest, ut Synonyma olim, (ut & **mother** Anglicum, quod utrumq; significat,) posteà significatione distincta sint. Nam τὸ μήτηρ ab Hebraico אם immediatè fluxisse suadet affine πατὴρ, ab אב: ut jam antea in Hebraicis asseruimus.

Sed alia videamus. **Reed**, κύησις. si hoc

hoc ſolum erat, dicerem probabile tantùm, & caſu ita potuiſſe fieri. Sed jam ἐρημία, **earmneſſe**, (paupertas:) ἐχαλιὰ, **ſcantnes**: χέρσΘ, ἢ χερσεία, **ſcantnes**: Ecce quatuor ejuſdem propè ſignificationis vocabula, eadem apud Græcos (quantum dialecti varietas admittat:) & Anglos. Quis tam ferreus & bardus, ut hanc tantam affinitatem ad propiores aliquas non referat cauſas? Cæterùm, poſteriora illa duo **ſcantnes** & **ſcarcenes** hodiéque notiſſima. At **earmnes** olim triſtiſſimum, nunc apud Anglos (nam Germani adhuc habent) exolevit. Pro eo dixerunt etiam, **ꝑmth**, quaſi ex ἐρημότης; (ut φιλία, φιλότης, &c. & φαυλότης, **filth**: de quo ſuo loco:) quod idem, ſed alterius formæ verbum. Occurrit in Saxonicis Evangeliis, **Sothlice thes of byꝛe ꝑmthe**: hæc verò de penuria ſuâ: de viduâ paupere ſcil. quæ ibi vocatur, **earme wfdawe.**

Multis verbis utuntur Græci, ut verborum ῥέμβειν & ῥομβεῖν vim explicent. Poterant tot verbis Anglicè, & quidem clariſſimè, **to ramble**, & **to romble**. Sed quia ἅπαξ ῥόμβον (ex quo ῥομβέω) non una

apud

apud Græcos notio, eam nos hîc volumus, quâ ῥόμβος instrumentum significat ad strepitũ excitandũ : quod ideò in sacris Deæ Cybeles (quæ & Rhea, seu Dea mater nuncupata) cum tympano circumferebatur. Scholia Græca in Ανθολογίαν Græcorum Epigrammatum : ῥόμβῳ καὶ τυμπάνῳ φρύγες ἐλάσκουσι. ῥόμβος δ' ὅτι περοχίκος ὃν στρέφοσι ἐμαπτύπτουσες, καὶ ὅπως κλύπον ἀπολεῦσι. Etymologicum exponit, μυστικὸν σανίδιον ; ὁ στρέφοσι εἰς τ' ἀέρα, καὶ ὅπως ἦχον ἐμποιῶσι. Unde Hesychius, Ῥόμβος, ψόφος, στρόφος, ἦχος, δῖνος. Addit autem Etymologicum idem instrumentum βρυτῆρα etiam nuncupatum. Unde fortasse manavit & Gallicum *bruit*. Angli à Gallis, an Græcis acceperint, nescio : sed & illi **brutte** de rumore (qui linguæ sonus) usurpant.

Quis ad Græcorum verborum sonos aures habet vel tantillum imbutas, qui cùm audit quotidie solemne illud in omnium ore, **good morrow**, non Græcos audire se putet, καλὴν ἡμέραν, Gallici *Bon jour*) dicentes ? Quòd τὸ **morrow**, posteà ad crastinum diem significandam translatum est ; aut veriùs,

riùs, de craſtino die propriè uſurpari cœpit, hinc factum puto. Ἡμέρα, ut notum, pro luce ſæpe ſumitur, inde τὸ **morgen**, & **morrow**, de luce matutinâ propriè; & tandem de toto die, quatenus tenebris noctis opponitur. Dicebant autem, ni fallor, **morrow**, de præſenti; **to morrow**, de craſtinâ diei luce. At recepto ſemel Latino dæg (nunc day) quod jam ante mille annos in uſu fuit: τὸ, **morrow**, ſive **morgen**, de matutino tantùm tempore, & craſtinâ luce uſurpata ſunt. Nos quidem nunc diſtinguimus, & illud, **morning**, hoc, **morrow** dicimus. At in ſcriptis Saxonicis τὸ **morgen** de utroque reperias: ut & hodiéque apud Belgas. Etiam Græcum ἄυειον (ut quidem derivant veteres Grammatici) matutinam lucem vel auroram propriè videtur ſignificaſſe: ἐς ἄυειον autem, proximi diei lucem, & inde craſtinum. Uſus tandem obtinuit, ut ἄυειον abſolutè quoque diceretur (ut & Anglicum **morrow**:) pro ἐις ἄυειον. Quòd ſi τὸ **morrow**, vel **morgen** apud vetuſtiſſimos Anglos pro die, (nos enim ſolâ conjecturâ ducimur) non occurrat, ſed tantùm de matutino tempore,

pore,

Pore, & de craſtino, quemadmodum apud poſteriores mille abhinc plus minùs annis reperimus, & hodie durat apud Belgas; tum dicemus, hæc verba, **God morrow**, propriam matutini temporis ſalutationem fuiſſe, quâ ſibi mutuò novam lucem gratulabantur.

Jam cùm dicunt, quod non minùs vulgare eſt, **ſweet heart**: quid aliud quàm Græcè loquuntur, ἡδεῖα καρδία? Nam τὸ **ſweet**, eſt ipſiſſima vox Græca, aſpiratione, in literam *ſ.* ut paſſim, verſâ: ut in, ὗς, *ſus*; ὑπὲρ, *ſuper*: ἕξ, *ſex*: ἕπτα, *ſeptem*: ὀλκὸς, *ſulcus*: ἵδρως, *ſudor*: & id genus aliis quàm plurimis. Sed in genere de litera *ſ.* præter ea quæ jam ſuprà notata, ſciendum eſt, nullam literam in omnibus linguis aut addi facilius, aut omitti. In aliis linguis obvia exempla, & offerent ſe nobis aliqua fortaſſe in ſequentibus. Ita in Anglicâ, quod olim **ſmilte** & **milde**; nunc **milde** tantùm: quod **ſmiltnes** (in quibus etiam literæ t. in affinem d. mutationem, ut in **ſweet** ex ἡδὺς notarem, ſi in tam trivialibus & obviis immorandum crederem:) nunc **mildnes**: quod Latini *nurus*, illi **ſnoze**: ut hodiéque **ſparrow**

ex

ex paſſer : ſnoiw, ex nix : ſlime, ex limus : Et contrà, tinne, ex ſtanno. Sed & in eiſdem interdum verbis, (ut in Græcis, de quibus ſuprà) promiſcuè ſcribitur vel omittitur : ut in Evangel. andwarodun, (reſponderunt) quod mox andſwozode : (reſpondit.) Obtinuit nunc uſus ut ſemper cum ſ. ſcribatur : tum verò ut cuique libitum, andwirde, andwirſt, &c. Hodiéq; tamen, neeſe, & ſneeſe : ut alia omittam. Ad τὸ heart (ex καρδία) quod attinet, eſt ea quoque pura puta Græca vox, ad idiotiſmum Anglicum flexa : ᵃᵗ c. vel κ. in adſpirationem emollito : de quo ſuprà egimus, & multa deinceps alia, in collectione verborum proferentur exempla. Simile eſt quod etiam ex Latino, *cervus*, fecerunt heart. In vetere Gloſſario, quod Somneri mei bibliotheca ſuppeditavit, ita legebam : hæoð, carectam ; hæfer, caper ; hæferes, capri ; hoznbogo, cornicem ; hræfn, cornix. Ejuſdem generis ſunt & iſta: κώλΘ, claudus, halt ; κέρλΘ, κέρλεςΘ, heard ; κόρυλΘ, corylus ; hæzel : (Belgis, hazeler :) aliáque aliis obſervata, aut à nobis deinceps obſervanda.

Qui

Qui norunt quem uſum apud Græcos verba τρίβω, & σμήχω (quorum præterita paſſ. τέτριμμαι, & ἔσμηγμαι) habeant, ſuper origine verborum Anglicorum **trim** & **ſmugg**, opinor, non hæſitabunt. Exponit autem Heſychius τὸ σμήχω, τρίβω, καθαίρω. A tonſorum aut fullonum artificio videtur primùm hæc ſignificatio manaſſe, ut exempla Græca ſuadent, quamvis uſus ad alia quoq; tranſtulit. Plutarch⁹ de curâ circa pocula loquens, utrumq; (ut & Angli ſæpè jungunt) adhibuit: Τί δ' ἂν τῶν ἐκπωμάτων ἕκαστον ἐκλέκριπται ἢ διέσμηκται παλαχόθεν, &c. Sed caveant tyrones Angli ne ſimilitudine decepti σμήχω cum σμύχω confundant, quod longè aliud: ſed & hoc Angli mutuati ſunt: dicunt, **to ſmutt**: vel ut alii ſcribunt, **to ſmutch**.

Σίδηρος Græcis ut ferrum Latinis, metonymicè, haud rarò enſem ſignificat: unde & σιδηροφορεῖν. Σίδηρος, Anglis, ſolitâ contractione, **a ſword**; vel ut olim ſcribebant **a ſwurd**. ἄμβλυς σίδηρος, **a blunt** (uſitatiſſimâ, ut infrà docebimus, aphæreſi) **ſword**; & fieri poteſt ut **dint** (quod alii ſcribunt **dent** quaſi

quasi ex Latino *dens*) sit ex δειγόπης. Galli dicunt, *pointe de l'espée*: quemadmodum & Latini *aciem* de ingenio quoq; dicunt. Certè τὸ δειγὸς cum ὀξὺς haud rarò jungi, ac idem, quamvis in metaphorico sensu, valere certum est. Sed quicquid hujus sit, non dubium quin τὸ **blade**, sit ex ὄβελΘ; (quod Græci posteriores per diminutivum ὀβελίσκοι; ut ex Polluce patet, aliisque. Ita & ξίφΘ, pro quo Æoles σκίφΘ dixere, peperit Anglis, **a knife.**

rück. Ῥαχις Græcis, spina dorsi, Anglis, **the ridge of the back.** ῥάχις ὄρεΘ Græcis, porrecta montis longitudo: Eustathio, ὀξοχὴ ὄρους: Anglis similiter, **a ridge of an hill.** Dixit Homerus, ῥάχιν σὺς, dorsum suis: (ad cibum scil: parati; & convivis appositi:) dicunt Angli quotidiè, **a rack of mutton,** in eandem planè sententiam. ῥαχία Græcis, strepitus inconditus, qualis maris alluentis, & littoribus sese infundentis esse solet: (unde proverbium, ῥαχίας λαλίστεΘ:) **racket** Anglis in quotidiano & familiari sermone, strepitus major & inconditus: ῥαχίτης, Græcis, alastor, pestis, pernicies, magnorum malorum auctor:

auctor: talis Anglis quoque vulgò, **a wretch, wretched**; quod non paſſivè tantùm, ſed & activè uſurpatur; ſed adjectis ut plurimùm ad diſcrimen epithetis: **a poor wretch**: **a baſe wretch**: **a wretched villain**, &c. Ecce tam multa ab unâ, ῥάχις, origine, ſeu radice: cùm tamen hæc ſcribenti alia quoque venirent in mentem ab eâdem fortaſſe origine: ſed quia dubito, abſtineo. Certè aut nihil in verbis certum, aut illa pleraque certa ſunt, quæ hactenus adduximus.

Halige gaſt, (quod hodie, **holy Ghoſt**:) quid aliud quàm ἅγιος ἁγαθὸς? Multa alia poſſent hîc inſeri: quæ ſuis locis in Alphabetica (ne nimis hîc prolixi ſimus) collectione reperientur. Et hæc opinor ſatis multa ſunt, quibus propior hæc Anglicæ linguæ cum Græca, quàm volumus, affinitas probetur, quæ nec ad generalem aliquam linguarum omnium inter ſe cognationem, nec ad caſum referri poſſit. Quid multa? Ego non dubito, ſi quis id agat, & utriuſque linguæ bonâ fide peritus ſit, quin benè longus Dialogus contexi poſſit verbis quæ & Græca ſint & pariter

riter Anglica. Hoc ego bonâ fide profiteri possum, non semel hærentem in locis obscuris Græcorum auctorum, linguam Anglicanam adhibuisse, nec parum ex eâ commodi percepisse. Multis exemplis hoc possem ostendere, si libris illis fruerer, quos olim legi. Uno nunc contenti erimus.

Multas Libanium inter, sophistam quondam celeberrimum, avitis superstitionibus addictissimum; & Basilium Magnum, Christianæ pietatis antistitem sanctissimum & eloquentissimum, epistolas ἀμοιβαίας interceſſisse, nemo ignorat, cui utriusvis eorum, Libanii, Basiliive opera unquam inspecta. Ex illis quæ hodie extant, quædam sic incipit: Πᾶς μὲ ὀπίσοπθ, πρᾶγμα δυσχέπτον. Erat autem sophisticus stilus, præ nimiâ elegantiæ (cui uni studebant) affectatione ut plurimùm putidior. Quod etiam Photii est (si benè memini) de Libanio judicium. Præter structuram orationis affectatam, vocibus etiam non vulgaribus & desitis, sed Platonicis tamen, libenter utebantur. Talis hæc vox δυσχέπτος videtur fuisse, quam vix in ullo Græcorum, (sed neque πτὸς,

πτερὸς, aut γραπίζω, aut γέῤῥισμα :) qui nunc extant scriptorum reperias. Basilius insolentia vocis, ut ex ipso conjicere est, non parum offensus, quæsitam tandem invenit vel in Platone, vel aliquo (qualia tum multa extabant) Platonicorum verborum Lexico, sive Glossario. An hodie reperiatur in Platone, non possum dicere. Non memini certè ibi legere, nec ullum ex Platone locum ab aliis notatum reperio. Cæterùm, Basilium longè aliter accepisse, quàm Libanius voluerat, aut ejus sententia ferebat, tum verborum ipsius contextus, tum vocis ipsius vis planè persuadent. An verò tam petulans & incivilis Libanius, qui tantam in cæteris omnibus epistolis erga Basilium reverentiam prodit; ut nullo ab ipso vel malè dicto vel facto provocatus, tam abruptè avaritiam, & ἀιχεῤῥαξίαν (eò enim spectat Basilii responsio, ut id voluerit Libanius) Basilio & aliis ejusdem ordinis omnibus exprobraret? Γέῤῥισμα, à veteribus Grammaticis κέρδος, seu lucrum exponitur. Hinc δυσγέῤῥιστον dictum volunt, ex quo lucrum non facilè percipitur. Quanquam nulla alibi ejus significationis

ficationis exempla, ego tamen & Basilii authoritate motus, qui ita exponit; & Anglicæ linguæ Helleniſmo facilè adducor, ut credam id quoque quondam verbum illud ſignificaſſe. Angli ſiquidem hodiéque **griping**, de homine per fas & nefas lucrum ſectante uſurpant: & olim, hominem avarum, **gifre** levi tranſpoſitione, ex eâdem, ni fallor, origine, vocabant. Ita reperio in Saxonicâ N. Teſt. verſione: **Thus thing ealle the Farisei gehyrdon tha the gifre wæron and hi hine fældon:** Audiebant autem omnia hæc Phariſæi qui erant avari, & deridebant eum. Luc. XVI. v. 14. Sed ut hoc concedam, non tamen eò ſpectaſſe Libanium neceſſe eſt, cùm plures ejuſdem verbi notiones eſſe poſſint. Mentem Libanii in hoc verbo facilè Anglus intelliget: me certè ut intelligerem, non parum juvavit & confirmavit verbum Anglicum. Alius ſi roget; reſpondeo, me conſultò ſuperſedere, donec Libanii Baſiliique interpretes, ad quos adire in hac ſolitudine, in quâ hæc ſcribebam, non licebat, conſuluerim. Vix eſt enim, ut locum tam inſignem, & ſi quid ego judico, obſcurum,

rum, intactum & intractatum præterierint: quem ſi ego nunc explicare conor, non tantùm fortaſſe, actum agere videar, quod equidem nolim: ſed & plagii ſuſpicionem incurram. Cæterùm Epiſtolæ illæ de quibus egimus, quia perbreves ſunt, & utræque in ſuo genere lectu digniſſimæ, utriuſque exemplar, quales illas exhibet Aldina Græcarum Epiſtolarum ex multis collectarum editio, quæ ante annos centum & quinquaginta prodiit, hîc apponam.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Πᾶς μέν ὀπίσκοπος, τοῦτ᾽ ἔσχηπται σον· σὺ δὲ ὅσῳ τοὺς ἄλλους παρελήλυθας λογιότητι, τοσούτῳ καὶ φόβον μοι παρέχῃς, μή πως ἔξαρνος ᾖς τῆς πρὸς τὴν αἴτησιν· καὶ πείθῃ σωτήρων δέομαι, καμάκας δ᾽ ἂν ἢ χάραγας ἄλλος εἴπε σοφιστὴς, ἢ χρήζων, ἀλλὰ τοῖς ῥημαλίοις ἐγκαλλωπιζόμενος, ἢ τῇ χρείας μνόμενος· ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ σὺ παρέχοιο, ὑπαίθρῳ διαχειμάσω.

Βασίλῳ. Λιβανίῳ.

Εἰ τὸ κερδαίνειν, τοῦτο χρηπίζειν λέγεται, καὶ ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν ἡ λέξις, ἣν ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀδύτων ἡ σοφιστικὴ σεβὺμῖν προεχειρήσατο, σκόπησον, ὦ θαυμάσιε, τίς μᾶλλόν ἐστι δυσχρήστος· ἡμεῖς οἱ ὕστερον δι' ὀπισθολιμαίας δυνάμεως ἀποχαρακτέμψοι· ἢ τὸ τῶν σοφιστῶν γένος, οἷς τέχνη τὸ τελωνεῖν τοὺς λόγους ἐστί. τίς τὴν ὀπισθόπους τὰς λόγους ἐφορεδέτησε; τίς τοὺς μαθηδομένους μισθοφόρους καλέσησεν; ὑμεῖς οἱ προπηδένλες τοὺς λόγους ὠνία, ὥσπερ οἱ τὴν μέλιτος ἕψησαι τὰ μελίπηκτα. Ὁρᾷς ὡς καὶ τὴν γέρουσαν ὑποσκιρτᾷν παρεκίνησας. Ἐγὼ δέ σοι τῷ τὴν μελέταις ἐμπομπεύοντι, ἰσοείθμους τοῖς ἐν Θερμοπύλαις ἀγωνιζομένοις σεβαστώταις σρωτῆρας χρηδῆναι προσέταξα· ἅπαντας δὲ μήκους, καὶ τὸν Ὅμηρον δολιχοσκίους, ὃς ὁ ἱερὸς Εὐσέβιος ἀποκαλασήσειν καλεπηγείλατο.

Quanquam nihil hoc ad Basilium, ad propositum tamen nostrum multum facit, ut Anglici verbi perfectam cum Græco in significationum varietate consonantiam ostendamus, atq; eâdem operâ Hesychium illustremus. Γρηπώμθια,

μψια, exponit Hesychius, συνελκόμψια ἢ παλωσῶς συμπαθῶνλα· οἱ δ, ἐγλίζονλα. Eadem verba habet Etymologici Magni auctor, nisi quòd correctiùs ille παζμωσῶς, pro παλωσῶς; & συνελίζονλα, pro ἐγγίζονλα. pro συνελίζονλα autem apud Etymologicum rectissimè conjicit doctissimus Sylburgius legendum συνελιασόμψια. Non enim aliud χειπόμψια sive χεπόμψια, hoc sensu quem indicare voluit hîc Hesychius, quàm quod Angli vulgò, **gripings**, de stomachi, vel intestinorum torminibus.

Nec dubito, quin multa antiquorum Glossographorum fœliciter illustrari & explicari ex hâc linguarum comparatione possint. Ait Hesychius Ἐυὰν apud Indos hederam significare. Est autem Ἐυὰν acclamatio bacchantium: quæ sacra apud Indos primùm instituta & celebrata sunt: & inde fortasse Hesychii suspicio Indicum verbum esse. Crediderim potiùs Scythicum fuisse. Quanquam & Indoscythos ab antiquis commemorari non ignoramus. Certè **yule** hodiéque Anglis hedera.

Celebratissima & usitatissima in sacris illis acclamatio, ἐυοῖ, (unde & ἐυάζω)

εὐάζω) quod interpretantur *Bene sit illi.* Pro εὐοῖ autem Phrygas vel Thracas σαβοῖ dixisse notant veteres Grammatici. Thracicam autem & Phrygicam linguam aut eandem fuisse, aut non multum à Germanicâ discrepasse, ex nonnullorum sententiâ priùs docuimus. Certè in σαβοὶ aliquid ℱ safe videor mihi subolere. Save be, fuerit *Hosanna.* Si, safe be, tunc planè idem quod εὐοῖ, ut vulgò exponunt.

Ἄβιε, ait idem Hesychius, ἔβαλλον, Σκύθαις. Si id vult Hesychius, τὸ ἄβιε apud Scythas veteres eâ notione usurpatum fuisse, ut ἔβαλλον, (quod velle videntur ejus verba) seu *projeci* significaret: optimè congrueret hoc cum Anglico sermone. Sæpius enim audivi pilâ ludentes, & manibus aut baculo strenuè percutientes, in ipso percussionis aut emissionis momento exclamantes, bavie, vel beye: quod contractum puto ex Have at you. Solitos autem posteriores Græcos τὸ β. pro *v.* vel *b.* promiscuè scribere, notius opinor, quàm ut monendum sit.

Sed nos hæc ut qui in tenebris incedunt, suspenso pede, nihil affirmantes:

Vide-

Videbunt alii & Helleniſmi & Saxoniſmi peritiores. Hoc mihi certiſſimum, in quo alios quoque non iniquos judices acceſſuros puto, non pauca in optimis ſcriptoribus Græcis, ex Anglicis illuſtrari poſſe.

Supereſt de compoſitis verbis in quibus Germanicam linguam ad Græcæ fœlicitatem proximè accedere, paſſiva obſervatio eſt. Agnoſcit & Julius Scaliger, qui etiam more ſuo in cauſas ſubtiliter inquirit: ſed præcipuam tamen omiſit, Germanicæ cum Græcâ non in eo tantùm, ſed in tam multis affinitatem, ut vel propago ipſius, aut certè conſanguinea (ut ita dicam) conſtituenda ſit. Apparet autem iſta fœlicitas tum in aliis, tum in propriis nominibus, quæ omnia ferè ut ex pluribus verbis mirâ facilitate, & ut ipſâ pronunciatione generoſum quid ſpirent, coaleſcentibus conſtant; ita nullum eſt, cui non conſtet, aut olim ſaltem, eodem id quoque confirmante Scaligero, ſua ratio conſtiterit. Præter illa autem quæ Græco more & exemplo compoſita ſunt, qualia illa vetera, Æſter-ſpringend, (διάδοχος:) Æeer-ceozl: (γεωγὸς:)

χὸς :) Æſenblytta : (σύμμος, συμμέλοχ :) An-wige : (μονομαχία :) an-mode (σύμφυχ :) Boc-hoꝛd : (βιβλιοθήκη :) Bꝛyde-bure, (quaſi dicas παρθενοκόιτων : nam θάλαμ, eſt Hebraicum, תא עלמה :) & id genus alia plurima : præter hæc inquam, quædam alia ſuperſunt in uſu hodiéque apud Anglos, quæ ex puris Græcis compoſita ſunt : qualia, οἰκογενὴς, a cockny : a bꝛidegroeme, (q. d. παρθενόγαμ, vel παρθενόγαμβρ, ut nunc quidem ſcribimus cum litera ȝ. at olim bꝛydeguma ; conſtanter ſine ȝ.) a thꝛeſhold, q. d. θυροῦλ : aliáque, quæ quotquot ſe nobis offerent, ſuis locis invenientur.

Ultimum nunc ſupereſt argumentum, quod ab hiſtoriâ, & rerum geſtarum memoriâ. Ego ſic cenſeo : Si funditùs periiſſet lingua Germanica, ut nullum ex verbis argumentũ duci poſſit ; ex ipſarum tamen rerum geſtarum, quæ memoriæ mandatæ ſunt, circumſtantiis probabiliter inferri poſſe, linguam Germanicam de Græcâ multum traxiſſe, & ex illâ partim conſtitiſſe. Sed hoc ad hujus opellæ coronidem reſervamus. Ad verborum Syl-

logen

logen nunc properamus: quam tamen priuſquam exhibemus, quia veteris dicti memores, *Homine imperito nihil iniquius eſſe*, ita animo præſagimus, multos his non aſſuetos repertum iri, qui ſolitas verborum contractiones, protractiones, inflexiones; literarum inter ſe non affinium tantùm, ſed aliarum quorumcunque permutationes, & non raro tranſpoſitiones ex inſolentiâ miraturi ſint, & inde noſtras Etymologias ſi non planè reſpuituri, pro ſuſpectis tamen & coactis habituri: quanquam facile erat labori parcere, & ad linguas in confeſſo traduces & cognatas, Gallicam, Italicam, Hiſpanicam, aliáſque ejuſdem generis, tales remittere; Et jam multa dicta ſint, ex quibus minùs illa mira & incredibilia videri debeant: nos tamen quò noſtram de omnibus benè merendi voluntatem tantò magis probaremus, alia quoq; nonnulla præter ea quæ jam attulimus, eôdem ſpectantia, collectioni noſtræ præmittenda duximus.

Hoc igitur primum; in omnibus linguis obſcuriorum quarundam, & remotiorum originum & ſignificationum

num exempla reperiri, quibus tamen ubi probabilis ratio ſubeſt admittendis, non eo nomine rejiciendas eſſe, quòd obſcuræ ſint & remotæ.

Obſcurioris originis ratio non una. Prima hæc, cùm multa intervenit, ſed quæ tamen analogiâ nititur, literarum mutatio. Exempla jam plura in prioribus attulimus, & omnes linguæ innumera ſuppeditant. Quanquam quid opus exempla longè quærere, quæ ipſa loquendi ars, à quâ pueri initiantur, abundè ſuppeditet? A τύπτω, exempli cauſa, per multas mutationum vices, ſed notas & ſtatas, formatur præteritum paſſivum τέτυμμαι: tantâ quidem ſoni & elementorum diverſitate, ut planè aliud verbum videri poſſit; cum tamen ſit præſentis iſtius vera & germana ſoboles. Tale comparativum ἧσσον, ab ἐγγὺς· nam ἀμείνων, ἀρείων, &c. quæ poſitivo ἀγαθὸς comparativorum uſum præſtant, ab aliâ ſunt quàm poſitivus origine. Sed ἧσσον ab ἐγγὺς, & ſi non minùs alienum ſono, certâ tamen analogiæ ratione nititur. Talia multa Grammatica ſuppeditat, quæ vel leviter inſpicientibus occurrent.

Sed

Sed & illorum verborum, alio quamvis in genere, non obſcura minùs, quanquam certa in multis, origo, quibus plurium cauſſarũ ab ipſorum verborũ ſignificatione remotiorum connexio, & certi quidam eventus; aut certæ denique φήμαι & loquendi formulæ ortum dedere. Tale apud nos iſtud notiſſimum **Church**: ad cujus originem ut perveniamus, primo Κυριὸς, abſolutè, pro Κύριος Χριστὸς; deinde κυριακὸν, vel κυριακὸς οἶκος, pro loco in quo Κύριος ille coli ſolitus, explicanda: quorum certitudinem evincunt antiqui Canones & alia veterum Chriſtianorum ſcripta: cùm tamen magis obvia, ſed falſa, ex Latino *cors*, (unde *cohors:*) vel certè ex Græco κηρύσσω, κηρύκιον, (quaſi locus prædicationis,) derivatio.

Vocem *charta* (Græcè χάρτης) ex Græco χαίρειν, quòd ejus olim præcipuus uſus eſſet ad ſalutem (ſeu τὸ χαίρειν) ſcribendam & mittendam, pleriſque non ſine ratione creditum: nec viris ſummis aſſentiri poſſum, ex Arabico petentibus. Affinis vox *ſaltem*, ex *ſalutem* contracta, quòd qui nihil aliud haberent quod ſcriberent, hoc *ſaltem*,

ſalvere

ſalvere amicos jubebant, & propriam nuntiabant *ſalutem*. Haud diſſimilis Gallici verbis *chere*; & Anglici feed, origo, de quo in ἀφῃδῶς.

Mira vocis oppidò pro *valde* origo, quam tradunt veteres Grammatici non unus. *Tranſlatio à ruſticis*, inquit Donatus, *qui interroganti quẽadmodũ fruges proveniſſent, reſpondebant*, Oppido: *id eſt, quæ ſibi & oppido ſufficere potuiſſent*. Paulo aliter Feſtus, qui tamen in ſummâ convenit. Confirmat hanc etymologiam vox Græca κάρια, quam ex Hebraico קרת, ejuſdem cum Latino *oppido* ſignificationis, ortam conjiciebat in Adverſariis ὁ μακαρίτης parens meus. De verbo, ſeu adverbio potiùs Græci πηνάλλως origine, quid idem in Adverſariis, quia hactenus alibi quod meminerim non occurrit, Lectori quoq; promere non pigebit.

Quid eſt, (ita ille) cur πηνάλλως ſignificet fruſtrà? Veteres cùm initum hominis conatum notare vellent, ἢ ἄλλῳ πᾷ δόλον ποιεῖσ αὐτῷ dicebant. Ariſt. Περὶ. l. I. c. 32. καὶ γὰρ ἢ ἄλλον δόλον ποιῆσαι πᾷ, &c. Sic & Latini loquuntur. Inde quidem adverbium πηνάλλως. Sic apud Latinos,

Latinos, *è veſtigio, oppido, extemplo, ſaltem,* aliáque adverbia è φεάσεων ἐλλείψ nata. Hactenus ille.

Hebræi quidem, ſeu Chaldæi verbis abundant, ex ejuſmodi contractionibus ortis, qualia hoc ipſum כנמא (ejuſmodi:) כביכל: aliáque iſtius linguæ peritis ſatis nota.

Hæc igitur obſcuriora ſunt: qualia tamen, ut jam diximus, in omnibus linguis plurima: in quibus eruendis non minore judicio, aut etiam majore, quàm ſagacitate opus eſt, ne in Goropiana deliria & portenta res excidat; quo nihil fœdius.

Sed & hoc in multis obſcuritatem parit, quòd verba ſæpe ex alterâ quidem linguâ, ſed in aliam ſignificationem transferuntur: aut certè longo uſu in alterutrâ ſeu matrice ſeu traduce linguâ à primæva ſignificatione degerant.

Innumera ſunt in lingua Syriaca, Hebrææ propagine, quæ Hebraica ſunt & ſono & ſcripturâ, ſed diverſæ apud Hebræos & diverſæ apud illos ſignificationis: in non paucis tam diverſæ, ut cùm eadem ſint verba, nulla tamen ſignificationum

nificationum cognatio vel affinitas percipi possit. Μάμμη, Græcis, mater; aliud *mamona* Latinis, qui à Græcis acceperunt. Ita vox Thetis, illis terra; his, mare. Βλαῖος aliud Græcis, aliud *blæsus* Latinis. Κυρτὸς itidem, aliud quàm *curtus*. Aliud *sot* Gallis & Belgis, quàm vel Græcis, (ἄσωτος:) vel Anglis, qui tamen à Gallis videntur accepisse. *Armus*, *calx*, *limus*; Anglicè, **arme**, **chalke**, **lime**, vicina quidem, sed diversa tamen significatione. Λάμπας Græcis fax; Anglis, lucerna, a **lampe**: & contrà, λύχνος, Græcis lucerna; Anglis, a **lanck**, lampas. *Apothecarius*, aliud Latinis, aliud Gallis, & Anglis. *Divinus*, nomen substantivum, Latinis & Gallis, ariolus: Anglis, Theologus, a **Divine**.

Improbare, quid sit Latinis, omnes norunt: **to improve**, Anglis, propè contrarium. Quanquam (ut hoc obiter) dubito, an ex *improbare*, & non potiùs ex *improbus*; quo sensu dixit Virgilius, *labor improbus*, & Plinius, *improbæ vires*; & A. Gell. *improba subtilitas*; & Seneca, *improbum lumen*; de maximis, & in suo genere, præcellentibus. An simplici **prove**, (quod ex *proficere*, vel *probare*;

probare; i. ἀγαθὸν:) addita præpositio Anglica, ut in aliis non paucis: quemadmodum & **impaire**, (Gall. *empirer*:) ex *pejorare*? Quicquid hujus sit, certè λυὴ Græcum, & *lues* Latinum, contraria: ut & אבר Hebræis, & אבר Arabibus; ut jam olim notatum doctissimo Rabbinorum Maimonidi. Tale & πρᾶος (ut οἶς, *ovis*: ᾠὸν, *ovum*: ἄορνθ-, *avernus*, &c. inserto ϝ v.) *pravus*: cujus ratio ex effectu potiùs, quàm ex ipsâ rei naturâ, cùm lenitas & facilitas, alios ut plurimùm, ipsa per se alioquin laudatissima, depravent & corrumpant. Ita denique **Branck**, Anglis, agilis; Germanis & Belgis, *ægrotus*.

Sed in omni hac circa voces & Etymologias παρσιμωνία nihil est in quo plus sibi consuetudo permiserit, quàm in contrahendis ac decurtandis vocabulis. Nulla autem lingua, quæ monosyllabis variisque verborum compendiis plus delectetur, quàm Anglica. Hinc illa prænominum, quorum usus in ore vulgi creberrimus, vulgatissima contractio; ut **Besse**, pro **Elizabeth**: **Batt**, pro **Bartholomew**: **Kitt**, pro **Christopher**: **Ban**, pro **Barnabas**, &c.

quibus haud abſimilia, **gaffer, gammer**, pro **good father, good mother**: **huſſie**, pro **houſewyfe**; quæ familiariſſimæ & uſitatiſſimæ compellationes. Non minùs autem contracta, **ſpittle**, ex **hoſpitalle**; **oꝛpin**, ex auri pigmento; **palſy**, ex παρέλυσις; **parſly**, ex petroſelynum; **gourd**, ex cucurbita. Talia Gallorum *ſouley*, ex ſoliſequium: & *poulx*, ex pediculus. Ex cujus ultimâ ſyllabâ (quod fateor non ordinarium, cùm terminatio non ſit de eſſentiâ verborum) **louſe** (vel ut alii **lowſe**) ſuſpicetur aliquis etiam Anglicum fluxiſſe: niſi ſit Latinum *lues*, Græcorum imitatione, quibus φθεῖρες, ἀπὸ τ φθορᾶς. In pleriſque contractis, aliqua etiam literarum tranſpoſitio intervenit: quæ tanto magis obſcurat originem, ut in aridus, **dꝛy**: humidus, **moiſt**: aſper, **ſharp**: & ſimilibus. Cæterùm quamvis in aliis non minùs vulgaris, in propriis tamen, urbium præcipuè, locorúmque quos hiſtoria aut inſignis aliquis eventus nobilitavit nominibus, magis obſervabilis contractio; ut **Stambol**, vel **Stimbotle**, (quorum illud Turcis, hoc Græcis uſitatum tradunt:)

dunt:) ex Conſtantinopolis : Waldon, ex Camalodunum: Milan, ex Mediolanum : Grenoble ex Gratianopolis : & illud quo nil contractius eſſe poteſt, & quod nullam habet dubitationem, Air, ex Aquæ Sextiæ.

De literarum ſingularum permutatione qui conſulendi, jam priùs indicavimus. De literis tamen *l.* & *r.* quod non uno monitum ſimus, non pigebit hîc, (quia magnum uſum habet) uno verbo tetigiſſe, non eas tantùm omnium aliarum literarum frequentiſſimâ conſuetudine invicem permutabiles eſſe ; ſed etiam utramque τῇ εὐφωνίᾳ in contrahendis aut producendis pro cujuſque linguæ conſuetudine vocabulis ; in tranſponendis & coagmentandis literis ut plurimùm inſervire.

Ad vocales autem quod attinet, quanquam etiam inter illas ut & inter conſonantes aliæ aliis & ſono & poteſtate propinquiores ſint, atque inde faciliùs inter ſe permutentur ; nulla tamen tam alienæ ab alterâ poteſtatis aut ſoni, ut non facilè confundantur, & mutuas ſedes occupent. Exempla ubiq; in omnibus linguis obvia : & abundè ad fidem

minùs expertis ſufficiant, quæ Caninius & Jul. Scaliger in hoc genere ſuppeditant. Angli multa hodie exiliùs proferunt, quæ olim latiùs & pleniùs. quod diſcrimen etiam in hodiernis dialectis obſerves. Affixum privativum, quod Anglis, **leſſe**; Belgis, **looſe**; ut quod illi **godlooſe**, Angli **godleſſe**, &c. Ita illis **oogh**e, **oo**ȝ**e**, **oo**ȝ, quod Anglis, **eyes**, **heyȝe**, **eare**, &c. Ex Latino *lippus*, Belgæ **loope**; ex piſcis, Galli *poiſſon* effinxerunt. Sed & in eodem ejuſdem linguæ dialectíq; verbo eadem varietas interdum occurrit, ut **foot**, in ſingulari; plurali, **feet**: ita **tooth**, **teeth**, &c.

Eadem porrò diphthongorum quæ vocalium ratio. aliæ aliis naturâ propinquiores, ſed omnes permutabiles. Sed & vocales ſimplices in diphthongas, & diphthongi in vocales ſæpè migrant. Exempla apud Caninium, & Scaligerum quibuſvis obvia. Multa quoq; Robertus Stephanus, non ille celeberrimus, de melioribus literis meritiſſimus; ſed ejus opinor filius, Henrici frater, in Grammaticâ ſuâ Gallicâ, Latinè Gallicéque excuſâ: ubi Gallicorum verborum ex Latinis derivando-

rum

rum rationem doctiſſimè docet, & accuratiſſimè.

Monendus præterea, Lector; in Heſychii Lex. Gr. paſſim reperiri verba, non alibi apud Græcos qui nunc extant reperienda, quæ vel planè ſunt Anglica, aut ad Anglica tam propè accedunt, ut ejuſdem meritò cenſeantur originis & proſapiæ. Quæ quidem verba, quia incertum erat, an Heſychius pro genuinis Græcis, ſed jam rarioribus & obſoletis, qualia in illo plurima : an verò pro barbaris, qualibus itidem refertam eſſe iſtam farraginem, veriſſimè doctorum pridem non unus obſervarit, exhiberet : id inquam nobis quia incertum erat, neque id nobis conſultum videbatur, ut de iis judicium nobis ſumeremus; ut non nimis curioſè conquirenda duximus, quæ præſtare Græca genuina non poſſemus ; ita nec repudianda quæ ſe nobis offerrent ; vel eo certè nomine, ut Heſychio, de linguâ Græcâ tam benè merito, aliquid inde lucis accenderetur. Talia autem ſuis locis, addito plerumque Heſychii nomine, exhibebimus.

Cæterùm, valde tempeſtivè hoc loco

se nobis ingerit doctissima M. Varronis observatio, Gellio laudata. Multas scil. Romanas voces, origine Græcas esse, quarum tamen origines vulgò ignorentur, quòd verba illa Græca, ex quibus orta sunt, aliis, ut fit, in locum receptis, esse in usu desierint, & ipsis jam Græcis ignota aut certè peregrina sint. Istius esse generis hoc ipsum, *Græcum*, quod olim Γεγικὸν, apud Græcos, in usu quotidiano; & à Græcis ad Romanos primùm pervenerit: posteà, altero ἕλλω in usum recepto, istud exoleviſse, & apud Romanos tantùm remansisse. Item *puteus*, *lepus*; quibus addit Gellius, & τὸ *fur*: quæ omnia sunt originis Græcæ, sed apud Græcos, recentioribus aliis substitutis, desita, aut certè, obsoleta. Geminam huic observationem habet & Plutarchus, in *De Iside & Osiride*; cujus verba hîc apponam, non eo tantùm nomine, quòd ad nostra hæc opportunissima & appositissima sunt; sed eò quoque libentiùs, ut cum Varronianis collata faciliùs intelligantur: cùm ex Latinâ eorum, quæ vulgata est, versione haud temerè quisquam ad mentem Plutarchi penetret. Plutarchus

chus igitur in isto tractatu multis passim verbis & nominibus Ægyptiacis ad Græcas origines inflexis & tractis, quorum tamen rationes à Græcæ linguæ consuetudine partim penitùs alienæ, aut partim alieniores, quàm ut aliis pro talibus approbare se posse speraret: ita quodam loco se excusat: Οὐ δεῖ ϑαυμάζειν τὴν ὀνομάτων εἰς τὸ Ἑλληνικὸν ἀνάπλασιν· καὶ γὰρ ἄλλα μύρια τοῖς μεϑισταμένοις ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος συνεκπεσόντα, μεχρὶ νῦν πλανωμένα καὶ ξενιτεύοντα παρ' ἑτέροις, ὧν ἔνια τῷ ποικίλῳ ἀναμεμιγμένῳ διαβάλλουσιν ὡς βαρβαρίζοντες οἱ γλώττας τὰς τοιάδας (vel ut quidam ibi conjiciunt, τὰ τοιαῦτα) περιπαροινοῦντες. Plutarchi hæc sententia est: Qui ex Græcia variis temporibus & occasionibus in varias terras migrarunt, multa secum transporta sse vocabula Græca, quæ in Græciâ posteà publico usu, nescio quo fato, intermissa & abdicata, apud Barbaros durent & peregrinentur: Poëtas autem qui talibus pro re natâ, ut probis & legitimis utantur, immeritò à nonnullis culpari, quasi barbaris & peregrinis (quæ γλώττας vocabant:) utentes vocabulis. Magno igitur in Hesychianis illis,

lis, de quibus dicebamus, verbis utendum judicio, ne quis temerè pro genuinis Græcis vel admittat vel rejiciat. Cæterùm, non ad ipsa tantùm verba, sed & varias verborum notiones pertinet illa obsservatio; quas sæpè mutasse, ut aliud alio sæculo significaret idem verbum, non minùs certum est. De quo aliquid in voce ἀλάζων. Tale etiam, vox θῆναι, quæ olim, *operari, facere*, significabat: ut ab Helladio vetere Grammatico in Chrēstomathiâ notatum fuisse legimus apud Photium Patriarcham. Hujus autem significationis vestigia apud Homerum aliósq; scriptores Græcos supersunt hodiéque plurima. Hinc verbum θής, mercenarius: ut ibidem Helladius. Ab hoc θής, ductum videtur Saxonicum **thegn**, vel **thein**, (ut apud Versteganum:) quod servum liberum significat; planè ut & illud θής, de libero, sed qui paupertate adactus operam locare cogeretur, propriè dici notant veteres. Sed & Anglicum **to doe**, & Germanicum (seu Belgicum) **dienen**, quæ ministrare significant, ab eodem, ni fallor, fonte.

Postremum hoc: Extat liber, & per omnium,

omnium, Anglicarum antiquitatum non planè incurioſorum, Anglorum manus ſub Clariſſimo Cambdeniano nomine volitat, Paralipomena Anglica, inſcriptus, Cambdenum authorem eſſe, cum nullum authoris nomen adſcriptum ſit, ego non præſtem. Sed quiſquis author fuerit, neſcio quâ occaſione aut conſilio, Græcarum originum in aliis linguis jactatores & ſcrutatores, maximos certè viros, Budæum alióſque perſtringens, ut ne hac quidem laude (quam tamen ille nullam eſſe ſatis faſtuoſè pronunciat,) linguam Anglicam deficere aut aliis cedere oſtendat, vocum ſyllabum exhibet, quas adeò cum Græcis convenire contendit, ut de uno fluxiſſe fonte cuivis facilè liquere poſſit. Sunt ſanè talia illa, quæ ab eo proponuntur: quanquam ſunt ex illis quædam ejus generis (ut καλπάζειν, μωκάω, μύσαχες, πλέιον, &c.) quæ nos ex noſtro ſyllabo excluſimus, quòd incertæ eſſent, à Gallis, an ipſis immediatè Græcis, originis. Sed qualiacunque ſunt, nos ea ſeorſim hîc ordine digeſta alphabetico lectori exhibemus. Ita enim ſatius viſum eſt, quàm noſtris immiſcere,

immiſcere, ne aliena nobis arrogare videremur.

Ἄγχειν, to bang.
Ἀξίνη, an axe.
Ἀστὴρ, a ſtarre.
Ἄχθος, ache.
Γέρσις, graſſe.
Ἐλάσσων, leſſe.
Ἔρα, earth.
Ζέω, to ſeeth.
Θὴρ, a deere.
Θερσὺς, raſh.
Θύρα, a dooze.
Καθάω ------
Καλέω, to call.
Καλπάζειν, to gallop.
Κάραβος, a crabbe.
Κλίμαξ, a climbing.
Κόπτω, to cut.
Κρέκω, to creake.
Κυριακὴ, a Church.
Κύσαι, to kiſſe.
Λάπτω, to lappe,
Λοῖδος, laſt.
Λύχνος, a linck.
Μήνη, the Moone.
Μύλη, a mill.
Μύσταχες, muſtaches.

Μωκάω,

Μωκάω, to mocke.
Νέος, new.
Ὄαεσι, whoꝛiſh ſpoꝛt.
Ὀλκάς, a hulke.
Ὅλος, whole.
Ὀρχαθος, an oꝛchard.
Οὖθαρ, an udder.
Πάτος, a path.
Ποτήειον, a pot.
Πῶλος, a foale.
Ραβδὸς, a rodde.
Ράιφν, to raze out.
Ράκος, a ragge.
Ρανὶς, raine.
Ραπίζφν, to rappe.
Ραχώνη, reſt.
Σκάφη, a ſhipp.
Σκώπτφν, to ſcoffe.
Στρόφος, a roape.
Στρώννυμι, to ſtrow.
Τίτθος, a tett.
Φαῦλος, foule.
Χάρμη, ſkirmiſh,
Ὠκεα, oker.

Jam ad noſtra veniamus. Ab iis autem incipiemus in quibus τὸ α initiale per aphæreſin Anglis uſitatiſſimam præſcinditur: qualia quoque ex Latinis haud pauca,

pauca, ut apis, **a bee** : aper, **a boare**, &c. ſed ex Græcis longè plura ; ut ex longâ exemplorum ſerie patebit. Atqui hoc ipſum ex uſu & genio linguæ Græcæ ad Anglos derivatum. Talia enim illis ; ἀλάζων, λάζων : ἀσαφὶς, σαφὶς : σάχυς, ἄσαχυς : ἀμαυρόω, μαυρόω : βλήχρός, ἄβλήχρος : ψάλαξ, ἀψάλαξ : ψαίρω, ἀψαίρω : ἀστεροπὴ, στεροπή : aliáque plurima. Jam Anglica, bono, ut ſperamus, à boni verbi auſpicio, videamus.

A

Ἀγαθὸς, bonus, Anglicè, **good**, de quo videantur quæ jam ſuprà. Ab eodem, & τὸ **God**, quòd Deum ſignificat, fluxiſſe multi non improbabiliter opinantur. Deus enim cùm ſolus bonus, ídque perfectiſſimè bonus ſit, meritò καθ' ἐξοχὴν dicitur ὁ Ἀγαθός : Huc faciunt Chriſti verba, Εἷς ἀγαθὸς : Saxonicè, **An God is god.** Sed & ipſi ſapientiores Ethnici idem agnoſcunt. Eximium Platonis locũ proferam ut cum verbis Chriſti contendatur : Γενέσθαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν, χαλεπὸν ἀληθέως· οἷόν τε μέν τοι ὅπῃ γε χρόνου τινά· γνώμῃσιν δ' ἂν διαμένειν ἐν ταύτῃ τῇ ἕξει, καὶ ἐπὶ, ἄνδρα ἀγαθὸν, ὡς

ὡς σὺ λέγεις ὦ Πίπαξε, ἀδιύναλον ϗ ἄπ ἀν-θρώπϕον, ἀλλὰ Θεὸς ἂν μόνϕ τᾶτο ἔχοι τὸ γέρας. Quem tam eximium locum miror illos fugiſſe, quibus quicquid apud exteros, quod quoquo modo ad ſacri hujus Evangeliſtæ ſive verba, ſive ſenſus trahi poſſet, undique colligere propoſitum fuit. Sed & Latinis *Deus*, uſitatâ formulâ, *Optimus*, *Maximus*: & quidem *Optimus*, priuſquam *Maximus*; quæ Ovidii Poëtæ, ut alios omittam, præclara alicubi obſervatio eſt. Meritò igitur τὸ **God**, ex **good**, ſive ἀγαθός. Interim, de Hebraicâ quid dici poſſit, aut Ægyptiacâ quid ab aliis dicatur origine, non me latet: quæ accuratiùs excutere non eſt hujus loci.

Ἀγάλλεϖ, geſtire, gaudere, exultare: **to be glad**: niſi ex γάδεϖ, quod idem ſignificat, ut Heſychius exponit.

Ἀγάζεϖ, admirari, venerari: **to gaze**.

Ἄγασὸς: εἶδϘ ἀγασὸν, apud Homerum, id eſt, ἐκπληκλικὸν, terribilis ſpecies, ut Euſtathius exponit. Saxonicè, **gaſt** (hodiè, **ghoſt**) ſpiritus. Unde & **gaſtly**, terribilis. Nihil enim pleriſque tali ſpecie terribilius. Hinc illa diſcipulorum

lorum Christi consternatio, narrata Matthæo, XIV.v.26. Hinc Apuleio, in solemni imprecatione, *species mortuorum, bustorum formidamina, sepulchrorum terriculamenta.*

Ἀδρανὴς, infirmus, languidus, iners; **a drone**: nisi quis malit ex θρώναξ, fucus.

Ἄδερκὴς, non videns: etiam ἀφανὴς, obscurus, ut Hesychius exponit: **dark.**

Ἄβακὴς, mutus, taciturnus: (ἀβακέω, sileo; non habeo quid dicam:) planè ut Angli, cum dicunt, **He was very blanck.**

Ἄδολος, simplex, sincerus, **dull**: Vide infrà, in δῆλος.

Ἀτρεκὴς, verus: ἀτρέκεια, veritas: **true, trueth.** Veteribus **trîwtan**, fidere; & **trîwth**, fidelitas: quæ cum etymologia verbi ἀτρεκὴς, quæ à veteribus Grammaticis traditur, benè conveniunt: quibus ἀτρεκὴς, quasi ἀτρεὴς, impavidus. Prodendæ siquidem ut veritatis, ita & fidelitatis inter causas, præcipuus timor.

Ἀτάρπηρος, contumeliosus, acerbus, **tart.**

Ἀλάζων, λάζων: vulgò, superbus, jactator.

ctator. Sed interdum mendax, ut ex Suida notum, & aliis notatum. B. m. parens, in Adverſariis ſuis ad Platonis Protagoram, inter alia: *Inprimis notandum quantâ curâ Socrates mentem Simonidis eo aſmate ſcrutatur. Deinde obſervandum multa Græca aliter ſonare apud alios, ut de voce χαλεπὸς pro κακὸς apud Lesbios ibi notatum. Talis obſervationis exemplum clariſſimum in voce ἀλάζων pro mendace apud Atticos: quod non obſervatum Platonis interpretes turpiter fefellit.* Hactenus ille. Anglis veteribus, **leas**, mendax: **ælc man leas**: omnis homo mendax. **Leaſe**, & **leaſunge**, falſa, mendacia: **leaſe getwitneſſe**, falſum teſtimonium; in vetere Decalogi verſione, ubi Freherus: [**Leas**, quod nobis **los**, falſus. Gloſſa dicta, Falſus, vel mendax, **leas**. Aliæ Belgicæ; Fraudulentus, **loes**: Dolus, **loſheſt**: Doloſè, **loſleker.**] Ejuſdem ſignificationis, ſed ab aliâ, ni fallor, origine, Belgicum & Germanicum, **liegen**, mentiri: ex quo **lugben** & **logben**, mendacium, &c. quod & Saxonibus in uſu fuiſſe videtur; unde, **Tunga heoza hi lugon him**: *linguâ ſuâ mentiti ſunt illi.*

illi. Pſal. LXXVII. v. 40. Ducunt à λέσχη, (unde, λόγοι, *logi*; pro nugæ, fabulæ, mendacia:) non improbabiliter. Cæterùm ad priora illa **leas**, &c. pertinet, opinor, & Gallicum illud, quod in veteribus libris occurrit crebrò, *loſengier:* Ital. *luſinghiero:* Hiſp. *liſoniero:* pro ſimulatore, vel adulatore, qui mendacium peſſimum genus.

Ἀσεμφὴς, immotus, aſper, gravis: **ſtiff.**

Ἄσμος, mutus, **dum.** Germanicum **ſtomme.**

Ἀλλήριος, inter alia, erro: **a loyterer.**

Ἄμβλυς, obtuſus, **blunt:** (de quo ſuprà:) ut ex Latino, *ambo*, **both.**

Ἀργὸς, ἄεργος: iners: otioſus. *argus*, apud nonnullos mediæ ætatis ſcriptores, **a rogue.**

Ἄβλασὴς, non germinans, infœcundus, **blaſted:** βλασοκοπεῖν, **to blaſt:** Vide & in Βλητός.

Ἀνόητος, imprudens, ſtultus, &c. ἀνόνητος, inutilis, &c. **naught, naughtie.**

Αἴγλη & ἀγλαΐα, ſplendor, lux, fulgor: ἀγλαὸς, & αἰγλήεις, ſpendidus, lucidus: ἀγλαΐζεως, lucere, ſplendere: **to glitter.**

gliſter. Item **gold**, aurum : ex fulgore. quò alludit & vulgare dictum, **Every thing is not gold, that gliſters :** Non omne quod fulget, aurum eſt.

Ἀφρός, ſpuma, **froth.**

Ἄστυ, urbs, **a towne.**

Ἀχλυς, caligo, **a cloud.**

Αἴξ (ex Hebraico, עז) ὁ κὴ ἡ : caper & capra : ſed hoc tamen ut plurimùm. Ex ejus genit. αἰγὸς (nam & ex obliquis interdum formantur nomina:) Anglis, ut videtur, **a goat** ; quod caprum ſignificat. At βήκη, quod ab Heſychio exponitur capra, veteribus Anglis (ut & hodie Gallis, Italis, & Germanis :) **bucean,** caprum ſignificabit. Videtur autem apud Græcos veteres ovem primitùs (quod & origo ſuadet ex βῆ primâ voce ovium) ſignificaſſe, ut ex Galeno & Hippocrate docet Stephanus : nec multum abludit vetus Anglicum **ſceap** (nunc **ſheep**) ſi metatheſis admittatur. Hinc etiam (ex iſto βήκη) videtur Gallicum *biche* manaſſe, quod cervam Gallis ſignificat; Anglis autem, canem fœmininam. Ita non ſexus tantùm permutantur, ſed & ſpecies animalium in verbis transferendis.

Ἄτομος, atomus, **a moate**: ut autem potiùs ex Græco ducam quàm Latino, faciunt exempla priorum, in quibus eadem quasi forma servatur. Cæterùm ex Latino *atomus*, factum recentius verbum, **an atome.**

Ἄπασία, jejunium, inedia; **fast, fasting.**

Ἀκόνη, cos, **a hone.** De mutato κ in aspirationem, præter ea quæ suprà, vide in litera K.

Ἄκανθος, (quod etiam ἀκάνη) spina dorsi; propriè in quadrupedibus, **a chyne.**

Ἀγείρω, (à quo ἀγέρθω, ἀγερθεὶς, &c.) congrego: **to gather.** ab eâdem etiam origine, **together**, simul.

Ἀμβλίσκω, activâ tantum significatio posterioribus Græcis nota: hebeto, cæcutire facio. Angli, neutraliter, **to blinck**: Ita ἐξαμβλῶσαι, apud vulgares Græcos, activum; ab Alexandrinis neutraliter usurpatum fuit: ut auctor Etymologici notat: & talia passim plurima. Sed & βλάνος, πυφλώδης, ab Hesychio exponitur. Angl. **a blinckard.**

blenden

Ἀμαυρόω, μαυρόω: hebeto, retardo: metaphoricè, extinguo, pessumdo, planè ut Angli, **to marre.** Ἀλυσκάζω,

Ἀλυσκάζω, fugio, in bello : ſubterfugio. verbum Homericum. **to ſtinck ; to ſtinck away.** Fortè &, **to ſtarck.** s stanc, s stänkern

Ἀσπαίρω, σπαίρω : propriè de motu dicitur animantium, cum morte colluctantium. Homerus cum voce πόδες ſæpius jungit, quia pedes ultimi ut plurimùm palpitare videntur. **to ſpꝛatwle.** De piſcibus etiam, aliiſque ex ſuppoſito igne in ſartagne ſalientibus uſurpatur. Etymologicum, ad piſces propriè pertinere, (ut & alterum σπαείζω) & eorum motus, author eſt : **to ſpꝛing.** σπαρτάω πάλλω

Ἀπαντᾶν, occurrere, reſpondere : eventu reſpondere, ſive convenire, congruere : qui uſus verbi rarior, ſed elegantiſſimus. Uſurpant Angli hodiéque ſuum **patt**, de re ſeu verbo, quæ pro præſenti occaſione optimè quadrent. Ab eâdem quoque, ni fallor, origine ejuſdem propè ſignificationis verbum, **to fitt** ; quod congruere ſignificat : litera *p.* in affinem *f.* pro more, (ut in pes, pater, &c.) mutatâ. Erunt fortaſſe qui ex Latino *aptus* utrumque malint repetere. Ego potiùs hoc ipſum *aptus* (in hac conveniendi ſeu congruendi notione : nam ut *ſuſpenſum* ſigni-

ficat, ex aliâ est origine:) ex hoc eodem ἀπαντᾶν.

Ἀλφεῖν, vel ἄλφειν : invenire, ἀλφησὴς: inventor. Hom. **to find.** *p.t. by invention*

Ἀρδεῖν, ἀρδεύειν : irrigare, adaquare, **to drench.** Etiam, **to drink.** Πολίζειν & ἀρδεύειν, affinia re, & in sermone permutabilia, ut notant viri doctissimi in Rom. cap. III. versu 6. *to by sprinkle*

Ἀρᾶσθαι, imprecari, **to rue:** Sed & **to curse** ab eâdem, ni fallor origine. Vide infrà in καλαρᾶσθαι. Cùm autem ἀρᾶ & ἀρετὴ, βλαβὴ quoque exponantur, posset & τὸ **wrong** inde duci, nisi propior ex verbo **wring** origo succurreret : eâdem quâ & Galli *tort*, ex torquere, ratione.

Ἀρᾶσθαι, vel ἀρᾶπτειν, inter alia, convitiis impetere ; ut apud Sophoclem, **to rate.**

Ἀφειδῶς, adverbium ; profusè, liberaliter : ἀφειδῶς, ἀφιδῶς ; vox ad liberaliorem compotationem invitatoria : unde videtur Anglicum, **to feed**, manasse ; ut ex simili, χαῖρε, Gallicum, *chere*, pro lautitia.

In his quæ hactenus adduximus omnibus, ratio ferè traductionis omnis est

est per aphæresin, Anglis usitatissimam, ut initio monuimus. Contractio etiam in nonnullis, & metathesis aliqua. Pergamus nunc ad alia.

Ἄγριος, trux, immitis: **angre**. nisi tamen ab ὀργὴ, ira, per metathesin, **anger**, & inde, **angry**.

Ἀσκώλη, curvatura genuum, vel cubitorum. Anglis, **ande**, curvatura pedum, talus. **ande bone**, malleolus. Sed ἀσκώλη, latè patens verbum, exponitur, lorum, amentum, vitium linguæ, (cùm adscititiis nescio quibus membranulis & vinculis impeditur:) & ἀσκώλιον, hamus catenæ, &c. ex quibus videntur Anglica **inde**, **angle**, (hamus, nisi quis malit ab ἄσκυσον:) imò & per metathesin, **latch**, fluxisse.

Ἄκωλος, glans ilicis: Anglicè; (*l.* in *r.* ut passim, mutato, & addito ad Euphoniam *n.*) **acorne**. Magis arridebit forsan nonnullis quæ vulgò affertur Etymologia, **acorne**, quasi **okecorne**; granum ilicis. Sed confirmet priorem, quod hodiéque Belgæ, **Eeckel**, dicunt: & Germani, **Eychel**. Sed & ipsum **Oke**, quercus, (quod illi **Eeck**, & **eich**; Saxones, **ac**, ni fallor:) ab ἄκωλος per

per apocopen fieri potuit, ut arbor ex fructu nominaretur.

Ἅγιος, sanctus; Saxonicè, **halige**: Belg. & Germ. **heyligh**: aspiratione in *h* versa, de quo suprà diximus, & exempla posuimus; & *l.* ad εὐφωνίαν pro more inserto. Angli hodierni **holy**, extritâ consonante radicali, cujus absentia originem facit obscuriorem. Sed & πο **hallow**; ab eodem. **Hallowed**, olim **gehalged**, ut in Oratione Dominica, Matth. VI.

Αἰόλος (ἀιολόμιλις) versutus, callidus, **wylie**; sed abstractum Anglis usitatius, **wyles**, **wylines**, versutia, calliditas.

Ἄχος, dolor, **an ache**: habuimus jam suprà, in Cambdenianis; sed id eò hîc iterum, ut præterea notem, quod non omittendum credidi, quòd quemadmodum Angli ex hoc substantivo verbum forment, **to ake**, dolere: mutato *ch.* in *k.* ita apud Græcos reperiri præteritum ἔαχεν, ἐαχὼς, ἐαχόπες, quæ apud Hesychium singula, ejusdem planè cujus est Anglicum illud significationis: ut apud Hesychium videre est. Nisi quis dicat Hesychium Anglica verba exponere voluisse, cùm valdè affinis sit

Anglici

Anglici a pronunciatio literis illis ea : à quibus ista incipiunt. Ego tamen potiùs crediderim antiquum fuisse, sed dudum apud Græcos antiquatum.

Ἄχθος, pondus, **weight.** virgin aluade

Ἄμπρος, (pro ἀνάπηρος : ut ἀμβολὴ, pro ἀναβολὴ, & id genus alia plurima:) mutilatus, læsus. Hesychius habet, & compositio Græcum legitimum probet. Quod movet me ut Anglicum **impaired**, tam propinquum & sono & significatione, inde potiùs repetendum ducam, quàm ex ficto Latino *impejorare*; ut antea conjiciebam.

Ἄρχος, podex. Hesychius. Anglicum est, nisi quod τὸ χ excidit in Anglico, ut in ἀράχνη, *araneus*, &c.

Ἄδελαν, πονηρὸς, malus. Hesych. Anglicè, **adle.** Veteres de morbis, (quæ mala corporis) usurpabant, ut Mat. IV. v. 23. **Hælende ælce adle, and ælce untrumysse on them folce** : *Sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo* : & cap. VIII. v. 17. **ure adla** : ægrotationes nostras : τὰς νόσους.

Ἀλίσκομαι, similis, **alike, like.**

Ἀλύω, multis verbis opus est, ut vim vocis hujus Latinè quis exprimat : ut

apud veteres Grammaticos, & qui illos exhibet, Stephanum videre eſt. Uno verbo Anglicè dicas, **to ayle**: ut cùm triſtitiam præ ſe ferentem, & animi præter morem affecti ſeu vultu ſeu factis indicia prodentem (interdum etiam cum indignatione, quaſi inſaniam exprobrantes) ita compellamus, **What ayleth you?** Quòd autem Plutarchus contendit etiam contrariam ſignificationem habere, & pro gaudere apud Homerum reperiri, non puto id ex illo quem profert loco (ut apud Stephanum reperio: non enim nunc Plutarchus ad manum:) probari poſſe. Ἡ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας ἢ ἀλήτιλω; Non enim ibi ἀλύειν lætari, ſimpliciter; ſed impotenter & ex levi cauſſâ efferri; quod animi non benè compoſiti ſignum eſt. Anglicè optimè exprimas, **What? are you wild because**, &c. Ita enim illi ſuum illud **wild**, (quod tamen ab aliâ videtur origine) de impotente lætitiâ & exultatione interdum uſurpant. Ut omittam quod in verbis ἀλύω & ἀλήτης alluſio ab Homero, ut ego quidem cenſeo, quæſita: quales aliæ in eodem libro, Ἶρος, & ἦρα: Ἶρος, ἄιρος: & Ἴρως,

Ἴεφι, ὡείνελο θυμὸς; aliæque venuſtiſſimæ.

Αἰτέω, inter alia, peto, poſtulo, **to aſke**. Litera ξ ſæpe mutatur in σκ. ut σκίφος, pro ξίφος; σκιφίας, pro ξιφίας; ἄξινη, *aſcia*: ut alia omittam ex linguâ Etruſca, (ſive Italicâ;) & Hiſpanicâ, doctiſſimo Caninio notata. Germani **ochs**, quod Angli **ore**; Belgæ, **os**. heiſchen

Ἀνύειν, perficere, **to end**.

Ἄρνυμαι. Deeſt Latinis verbum, quo exprimant. Nam capio, recipio, conſequor; & ſimilia, ſunt nimis generalia. Angli optimè, **to earne**: ut in vulgaribus illis exemplis, ἄρνυσθαι μίσθον, **to earne wages**: ἄρνυσθαι βίοτον ἐκ χειρῶν, **to earne his living with his hands**. Ab eâdem autem origine eſt **earneſt**; pro, ſerius, vel ſtudioſus. Cætera enim pleraque quaſi per jocum & perfunctoriè: at ubi lucri res agitur, (talis præcipuè ex quo vita pendet, qui Græcis ideò βίος) tum ſerii, & ſi unquam, animis intenti plerique ſumus. Sed & verbum ἄρνυσθαι, pro *ſtudiosè aliquid proſequi*, olim ſine dubio vulgare, cujus apud Homerum veſtigia ſignificationis, in iſtis, quæ doctiſſimus Stephanus

ex

ex illo profert, Ἀρνύμενος ἥνδε ψυχήν, καὶ νόστον ἑταίρων, consequi conans, &c. ut ibi vir doctissimus. Si liceret ex usitato nomine, inusitatum verbum fingere, diceremus uno verbo, **earnestning.**

Ἅπτω, necto, connecto (unde ἅψις, vel ἄφις, connexio, vinculum:) **to hapse.**

Ἀλάομαι, errare: vagari. **Wallen,** olim, idem.

Ἅλλεται, salire, saltare. Πηγὴ ὕδατος ἁλλομένης: fons aquæ salientis: Joh. IV. vers. 14. Veteribus Anglis, **wallen,** & **wellen,** bullire. **Well,** hodiéque, puteus. Vide & infrà, in βρύω.

Ἀεὶ, semper, **ay**; ut **for aye,** in æternum: **ayegreene**; ἀείζωον; ne quis ex Latino *ævum*, natum suspicetur.

Ἄνα, pro ἀνάστηθι, surge, perge. Hortatorium, seu excitatorium verbum, Homero familiare. Angl. **on**: vel geminatum, **on, on.**

Αὐτὰρ, cæterum, autem, &c. vox Homero frequentissima apud quem sæpe etiam cum ἐπὶ conjuncta reperitur: αὐτὰρ ἐπὶ: *postea verò*; vel *autem*. Hinc Anglicum **after** manasse credibile est: **after,** pro αὐτὰρ ἐπὶ: quod non tam

mirum

mirum eſt, quàm ex Latino *magis*, quòd alicubi pro *ſed* poſitum ſit, Gallicum *mais* (quod *ſed* ſignificat,) fluxiſſe: quæ doctiſſimi Caninii, aliorúmque poſt illum ſententia eſt.

B

Βελτερος, βέλτιστος. Angl. **better, beſt**: de quibus ſuprà.

Βαεῖνος, nomen piſcis, ex illo genere piſcium, qui ob inſignem ſterilitatem ἀπλεγγέα nuncupantur: de quo ait Ariſtoteles, eum (βαεῖνον ſcil.) neque ovum parere, neque ſemen ullum prolificum habere. Hinc fortaſſe Anglicum **barren**: Niſi quis malit ex vetere **unberend** (cui tamen ipſi ex Græco φέρειν prima origo: unde ἄφορος, ἀφορία, &c. & ἄφορεσι, id eſt, ἀσύλλητοι, Heſychio:) contractum eſſe.

Βραβεύω, propriè, præmium do ut judex certaminis; Angli abſolutè pro præmium dare acceperunt: & ut שׁוחד Hebr. quod *munus* in genere ſignificat, ſæpè accipitur pro munere quod ad corrumpendos judices dabant: ita Angli ex βραβεύειν, ſuum **to bribe** fecerunt; quod etiam aliter, **to give a reward**, ſacræ

ſacræ Scripturæ phraſi dici poſſit.

Βρωτὸν, eſca, cibus, potui ſolet opponi: Anglis, **bread**; panis, qui potiſſimus cibus. Ita & Heb. לחם panem, & alium quemvis cibum ſignificat. Sed & **broath** ab eodem fonte. Eſculentis enim meritò accenſeatur, etiam dum hauritur; & ut plurimùm, multo pane temperatur.

Βιὸς, arcus; apud Homerum ſæpè occurrit: vix alibi, a **bow**: & inde fuerit verbum, **to bowe** flectere: potiùs quàm nomen ex verbo. ut & *arcuare*, ex arcus. At τὸ **bough**, pro ramus, etſi magna in rebus affinitas, ab aliâ tamen, ut puto, origine: & potiùs ad συγκυείαν referendum; quales in omnibus linguis crebræ.

Βάλεαχ⊖, (quod & βεάπαχ⊖ Heſychio) rana, **a frogge**. Niſi potius ex φρὺν vel φρῦν⊖, rubeta, rana propriè venenoſa.

Βλάν⊖. Vide ſuprà in Ἀμβλίσκω. Cæterùm & ſi aliud cæcutiens, aliud cæcus; meritò tamen & τὸ **blind**, ad hoc βλάν⊖ referatur, cum ita ſæpe verborum notiones ad alias affines transferantur.

Βλασέω,

Βλαςέω, germino, pullulo, **to budde.** Efflorebit, **blewth,** Saxonicæ verſionis, Pſal. CXXXII. v. 19.

Βαυβᾶν, dormire, ſopire. Utrumque convenit carmini illi ſopitorio nutricum Anglicarum, quod alumnis ſuis decumbentibus ſolent occinere, **by by** identidem repetendo. Hinc Βαυβὼ nutrix Cereris, ab ejuſmodi ſine dubio cantilenâ ſic dicta, quòd ἐβαύβα (ut optimè Stephanus:) id eſt, baubando (ut ego interpretor) ſopire ſoleret Cererem. At *baubari* Latinis aliud longè: quod non mirum. Cæterùm confirmat expoſitionem noſtram quòd etiam vox λάλα fuit παιδικὸν ἐπίφθεγμα, ut ex Luciano docet ad Theophraſti Characteres vir doctus. Unde Latini ſuum *lallare*, pro dormire, vel ſopire finxerunt. Solent autem nutrices Anglicæ cantillantes utrumque jungere, **Lalleby,** &c.

Βοάω, clamo, **to bawle.**

Βωτρέω, aliquem vociferando & manibus palpando (ψηλαφῶν, ut veteres Grammatici exponunt:) quæro. Hinc Angl. **boiſtrous,** de tumultuante, & inconditum clamante.

Βρύκω, βρυχάω, βρώσκω, edo, comedo, to

to brooke. Devorare miſerias dicunt & Latini : quod & Græci, (de quo Longinus ſi benè memini.) ἀναſκοφαſεῖν.

Βρύω, ſcateo, pullulo : de fontibus, ut plurimùm. Anglis, **bourne**, tum aquam ipſam ſcaturientem, tum fontem ſignificat, ut Verſteganus docet. Olim **burna** ; ſed & **brunno**, ut apud Willeraramum Abbatam. Hinc quoque fuerit τὸ **brooke**, ejuſdem ferè ſignificationis. Vide tamen infrà in ῥύαξ. Ita & **beke**, de quo idem Verſteganus, ex πηγὴ, haud dubiè.

Βάλλειν, jacere, ferire, vulnerare, **a blow** : adderem, & **bowle**, niſi id Gallicum quoque eſſet. Occurrit tamen & aliud, **to fell** : βεβλημένος, projectus ; (quaſi ex Aoriſto βληθείς:) **feld**. Nam alioquin Græci compoſito potiùs utuntur, καταβάλλω, ex quo Gallicum, ni fallor, *accabler*.

Βελόνη, acus, tranſpoſitione literarum, & *d*. (ut in *cinis*. Gall. *cendre* ; *cinder* : vagari, **wander**, &c.) interpoſito, **a needle**. Nec illud magis remotum, quàm Gallicum *eſguille*, ex Latino, *acus*. Vide infrà in σίζειν.

Βαθὺς, profundus ; per tranſpoſitionem,

nem, **deep**. Quod ne cui minus aſſueto nimis audax videatur; talia ſunt, μόρφη, *forma*: φαινόλη, *pennula*: κήφλω, *fucus*: κῶδ☉, *decus*: χιτὼν, *tunica*: & alia quæ in omnibus linguis plurima. Multa Caninius, id genus, ex pluribus linguis: & Avenarius, ex ſacris Scripturis, in Grammaticis ſuis.

Βάλαν☉, glans; arbor ipſa glandifera. Hinc quidam deducunt a **wal-nut**; (ſive juglans,) quæ etiam alicubi apud Belgas, **oker-nutte**: ut ex balæna, a **whale**. Aliam tamen originem oſtendit Kylianus, quem adeat & ſequatur, qui volet. Cæterùm, *nux avellana*, (ne quis propinquitate ſoni decipiatur) alia res, & ex alia origine.

Βλῆδς, ἀπόπληκτ☉, ſideratus, **blighted**.

Γ

Γαίω, glorior, **gap**.

Γλῶσσα, lingua, **to gloze**.

Γένυον, mentum, **the chin**: ut ex γένυς, *gena*, **the cheek**.

Γέυλα, inteſtina, **guts**. Thracum propriam vocem fuiſſe volunt quidam. Thracicam & Gethicam unam eandémque fuiſſe linguam, præter Strabonis

nis authoritatem, alia multa ſuadent. Gethicam autem non aliam quàm Gothicam, ſive Germanicam fuiſſe, ſuo loco probabimus.

Γυλιὸς, vel ut alii, γύλιθ, pera militaris, in quâ viaticum, & alia neceſſaria milites circumferebant. Hinc videtur Anglicum **to gull**, defraudare, fluxiſſe; quo modo & Latinum, *manticulari*, pro furari, doloſè agere, ex ſimili ratione. Affinis vox, **to beguile**, ex **guile**, (quod & **wyle**; de quo ſuprà; fraus, impoſtura:) ad quam ſi priorem illam malit aliquis referre, fruatur ſuo judicio; ego aliter cenſeo.

Γρηπίζειν, γρηπίσματα, vide ſuprà.

Γωειάω, ſubſanno; falſè rideo. Ita vulgò ex Plutarcho in Lycurgo docent. Ibi certè in ῥήτρᾳ quadam Lycurgi vetere, extremâ, reperio: ὅπως εἰσφέρειν τε καὶ ἀφαιρεῖσθαι γαμωσλᾶν γωειᾶν ἢ μιᾷ καὶ κεφαλῇ: ut præſtantiſſima Henrici Stephani editio illa exhibet. Quæ miror à Plutarcho, qui cætera iſtius Sciti explicat, præterita eſſe. Si is eſt locus quem volunt, infirmo fundamento nititur iſta expoſitio. Sed de verbo Græco aliàs fortaſſe quæremus, cùm aliæ erunt Plutarchi

tarchi editiones in poteſtate quas conſulere poſſimus. Ego certè tantò magis illis crediderim, quòd & Anglis **to jeer**, irridere, cujus ſynonyma, **to ſcoffe**, ex σκώπτειν in Cambdenianis jam habuimus; & poſteà ſuo loco, **to tawnt**, & **to twitt**; ex τωθάζω; (quibus addi poteſt & **to ſlaunder**, ex λοιδορεῖν, ut quibuſdam placet:) habebimus. Sed & **to mock**, ex Græcis potiùs ipſis, (his exemplis adductus:) ad Anglos perveniſſe quis non credat, quàm Gallis?

Γέφυρα, pons, a **bridge**. β. π. φ. literæ affines, ſæpe inter ſe mutabiles; ut multis exemplis docet Caninius: βρέμω, *fremo*; βασκαίνω, *faſcino*, &c. qui etiam obſervat & multis exemplis probat literam ρ. in derivatis ut plurimùm loco moveri, ſive tranſpoſitionem pati. Olim **brug**, & **bryeg**. De litera d. inſita, diximus ſuprà in βελόνη.

Γελᾶν, ridere; **to laugh**.

Γαμεῖν, de viro, uxorem ducere: de fœminâ, nubere: uno verbo, matrimonio jungi. Hinc, opinor, Angl. **to game**. Solent enim per paria ut plurimùm, ut certare, ita & ludere: & eſt iſtarum rerum, ut in matrimonio, συ-

ζυγία quædam. Pari ratione, ex μαχὴ, pugna, fit Angl. **match**: quod & pugnæ,& luſui, & matrimonio commune verbum eſt. At **match**, pro ſulphurato, ut aliud longè ſignificatione, ita & ab aliâ longè origine. Venit tamen in mentem verbum, **mate**, ſocius, ex quo prius illud **match** ortum eſſe, probabile videatur: niſi & hoc ipſum, eſt Græcum μαχήτης. Quod Germanorum moribus quales illos deſcribit Tacitus, optimè conveniat. *Dotem*, inquit, (de Germanorum matrimoniis agens) *non uxor marito, ſed uxori maritus offert. Interſunt parentes ac propinqui, ac munera probant. munera, non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves, & frænatum equum, & ſcutum cum framea, gladióque. In hæc munera uxor accipitur, atque invicem ipſa armorum aliquid viro offert: hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos conjugales Deos* (arma, ſcilicet) *arbitrantur*. Sed plura fortaſſe, alio loco: in μαχὴ, vel μῆ.

Τογγύζειν, murmurare, indignari, **to grudge, to growle**: ſi hæc, cur non & **to gromble**, quamvis & Galli dicunt *grommeler*? Τεφρώ,

Γράφω, ſcribo, ſculpo. Nempe, quòd ut ſculpebant ſtylo, ita & (in pugilaribus ſcil.) olim ſcribebant aut eodem, aut ſimillimo. Anglis, **to grave**; ſculpere: olim (ne quis ex Gal. *graver* mutuatum ſuſpicetur:) **grafen. grafenum anlicnyſſum beoza**: ſculptilibus ſuis, Pſal. LXXVIII. 58. Hinc etiam fortaſſe & alterum ſynonymum, **to carve**, ꝛ. leviter tranſpoſito, ut in κρέατος, κάρ-ϑω, &c. & γ. in κ. (quod non rarum) mutato. Aliam tamen originem non minùs probabilem paulò poſt ex verbo ἐγκυρέω exculpturi ſumus, de quâ lectoctoris (ut in dubiis) eſto judicium.

Γραφὴ, ſcriptura, ſculptura, **a grave**: ut propriè de monumento pro more inſcripto vel inſculpto, dictum fuerit.

Γέγραϑ: Vide in Κίρχοι.

Δ

ΔΑῖς, δαὶτα, convivium, **daintes**. Eſt igitur, **a daintie man**: propriè, cupediarum, & ſcitamentorum ſectator, liguritor. Gallicè, *un friand*. Eſt tamen alioquin etiam πένϑης, catillo, liguritor: & πένϑος, ſubſtantivum: Item & πενθεύω, ejuſdem ſignificationis verbum;

bum : ex τένδω, vel τένθω, edo, rodo, arrodo, λιχνδ'ω.

Δάσκιος, umbrosus, tenebrosus, **dusk**ie.

Δρῦς, quercus, arbor quævis, (δεῖον, sylva :) a **tree**. Quævis quoque ligna δρύας olim nuncupata esse, notat auctor Etymologici in voce Δρύφακτος. Apud Willeramum Abbat. **apheldera**, quod nunc, **apple-tree**. Si quis tamen ex δένδεον (arbor:) malit τὸ **tree** repetere, per me liceat.

Δρᾶμα, fabula, (Anglicè, a **Play**, or **Comedie**:) ad vitam sæpè transfertur : δρᾶμα ἡ βίος, fabula vitæ ; quòd vita humana, fabulæ simillima. Hinc opinor Anglicum **dreame**, somnium : quod & de vitâ, si quid aliud, verissimum.

Δμωὴ, ancilla, a **maide** : per metathesin.

Δοῦλος, servus. Et hinc fortasse Anglicum **dull**, (tardus, hebes, stupidus,) manavit. Nota Aristotelis opinio, δοῦλος esse à natura, qui scilicet κοινωνῆσαι ἡ λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν : quos etiam ad corporis ministeria natos, à bestiis usu μικρὸν διαφέροντα sancit. Germanos autem qui ad libertatem

tatem omnia referrent, hoc quoque probro ſervientium conditionem notare voluiſſe, probabile eſt. Eſt tamen propria quædam ſervorum nequitia, calliditas, & vafrities, Græcis Latiníſq; comicis decantatiſſima. Hinc illud Comici, *Hic Geta, prætereà, ut captus eſt ſervorum, non malus.* Hinc eſt, quòd ipſum ſervi nomen **ſchalck**, quod olim famulum, ſervum, ſignificabat; nunc aſtutum & vafrum, apud Germanos: & Anglicum, **knaab**; nunc nebulonem, hominem nequam apud Anglos ſignificet. Origo igitur non minùs probabilis (Lector pro ſuo arbitrio poterit alterutrum eligere) ex Græco ἄδολος, ſimplex, omni fraudis & doli expers: uſitatiſſimâ illâ veteribus Anglis, (cujus tot in litera α. exempla protulimus:) aphæreſi: ἄδολος, δόλος, **dull.** Ita & Græcis, εὐήθης, ſimplex, probus, candidus: Item, ſtultus, fatuus. Ita & in aliis linguis exempla; nec ratio, cui noti mores, obſcura cuiquam. **Doll,** dicunt hodiéque, ni fallor, Germani.

Δῶρον, donum, dos, ut apud Homerum, πολύδωροι, id eſt, πολύεδνος, a **dowȝte,** vel **dower.** Cæterùm (nam

hoc quoque ad rem noſtram, quò originem non linguæ tantùm Germanicæ, ſed & hominum ex Græcis pro re natâ aſſeramus :) quod modò ex Tacito in moribus Germanicis didicimus, Dotem non uxorem marito, ſed maritum uxori dare ſolitum ; id apud veteres quoque Græcos obtinuiſſe ex multis colligere eſt. Erat autem dos, munera ; munerum verò id præcipuum, ut & ibi Tacitus, *boves.* Hinc virgines ἀλφεσίβοιαι dictæ Homero, quæ ob eximiam formam multos boves dotis nomine conſequebantur. De quo verbo & vetere conſuetudine multa eruditè notat author Etymologici Græci in ἀλφεσίβοιαι. Eſt etiam Gallis *dovaire* in uſu, ſed ſtrictiore ſenſu, pro dotis incremento quod poſt mariti mortem cedit uxori. Dos alioquin illis **doſt**, ex Latino verbo.

Διδάσκειν, docere, **to teach.**

Δέχεσθαι, ſuſcipere, capere, **to take.**

Δείδω, timeo, **to dread.**

Δμαλόω (δεδμάω) terrefacio, **to daunt** : ἀδείμαντος, intrepidus, **undaunted.**

Δοκεῖν, videri, **to thinck** : δοκεῖ μοι, **methincks.**

Δύμη,

Δύω, δύομαι, δύσις, mergi, occidere: propriè de sole: unde δύσις, occidens. Anglis **to dye**, mori: item **to dive**, immergere se.

Δεύω, madefacere, irrigare, tingere, δευσοποιὸς, tinctor: Angl. **to dye**: sed & **dew**, ros, (quæ irrigatio terræ) ab eodem fonte.

Δέω, & δεῖν, ligare, **to tye**.

Δοκάνη, θήκη, loculus, conditorium: Angl. **a dock**, receptaculum navium: non portus vel statio, sed ubi subducuntur & compinguntur. A δοχεῖον etiam ducere possimus.

Δάκνω, mordeo, δάκος, animal morsu noxium; morsus quoque, ut docet Etymologicum: Angli canem, **a dogge**.

Δυνάστης, vis, acumen, **dint**: de quo suprà.

Δύπτω, aquam subeo, δύπτης, urinator, qui aquas subit: Angli activè, **to dippe**; & **a dipper**, qui alios tingit.

Δρυπελὴς, fructus jam adultus & maturus: jamjam (quippe ex δρῦς & πίπτω compositum:) casurus: δρύπτω & δρυπετὴς, idem, sed aliunde composita, significant. Hinc credibile est Anglicum **drop**, quod de maturis fructibus sæpe usur-

uſurpatur, fluxiſſe. Fortaſſe & **droope**, vergere deorſum, inclinare; niſi potiùs ex ῥέπω, *d.* præpoſito.

Δρέπω, colligo, carpo, **to reape**: ut ex Græco λεγόϑ, *ros*, Latinum ejuſdem ſignificationis.

E

Εἶα, gramen, **hay.**

Ἔτι, adhuc, **yet.**

Ἐρέω, remigo. Dixerunt poſteà ἐρέπω. Sed illud antiquum aſſerit locus Homericus διήρεσα χορὸν ἐμῆσι. Non enim poteſt ex διερέσσω, aoriſtus διήρεσα formari; ſed ex διερέω: idque ex Herodiani ſententiâ, quem laudat Etymologicum: Angli, **to rowe.**

Ἔνδιον, domicilium, diverſorium, **an Inne.** *D.* litera ſæpè excidit, ut in Gallicis illis, *louer, ſuer, choir, cruel*, &c. ex laudare, ſudare, cadere, crudelis, &c. Verſteganus **ingeat** etiam ſcribit. De quo viderit ille. Certè τὸ **inne**, vetus, Matth. XIII. 36. **and com to his inne**, venit in domum.

Ἐλιννύω, Pigrari, ceſſare; etiam tempus terere: tardare, morari, cunctari. Tot enim tum Heſychius, tum Suidas,

&

& pluribus utuntur verbis, ut vim hujus verbi exprimant : Angl. **to linger.**

Ἕτερος, alius, alter, **other.**

Ἕκας, unusquisque, **each.**

Ἐυλέχια, solertia, calliditas : Angl. **trick, & tricks,** id est, sophismata. Ἐνπεχεῖ, incurrit, convenit, quadrat, aptum est, **to be trigg.** in eam sententiam non semel audivisse mihi videor.

Εἰλέω, verto, volvo, εἱλεῖως circumplicari & obvolvi : Anglicè, **a wheele,** rota : item **to wilde,** circumagere.

Εἴλλω, prohibeo ; εἷλος, frenum, vinculum ; εἴλαρ, propugnaculum : Angl. **to hold ;** ut cum dicunt, **hold your hand,** abstine manum : item **a hold ;** arx, propugnaculum.

Ἔργον, opus, **a worke.**

Ἐργώδης, operosus, laboriosus, molestus, **trcksome.**

Ἔυρως, situs, **rust.**

Ἐρέω, ἐρείω, ἐρεείνω, interrogo, denuncio, quæro, **an errand.**

Ἔπω, ἔσσω, dico, **to speake.**

Ἐθεῖραι, propriè, αἱ πρίχες κοσμούμεναι, καὶ ὀπωρελείας ἕξ ἔθος ἀξιούμεναι. Cæsaries, ex more culta & ornata : ut Hesychius & Etymologicum explicant. Unde ἐθιεόμενον,

εὔμψυον, in genere, κοσμήμψυον, ἀλλοίωμψυον; ornatum, cultum ab Heſychio exponitur: Angl. **to attire** & **attired**.

Ἐμπολέω, comparo, acquiro, lucror: ἐμπολᾷ, Heſychio, πραγματεύεται, τεχνεύεται; negotiatur, circumit: Anglicè, **to prole**, & **a proleur**: etiam ἐμπολή, merx, φορτίον, unde fortaſſe, **implements**; niſi Latinum, *implementa*, (quod tamen verbum Latina lingua, quod ſciam, non agnoſcit) vetaret. Sed nec illud **implements** fortaſſe vetus & genuinum: Belg. tamen **Im-boel**, **inboel**, ſupellex, apud Kylianum.

Ἔμφυτος, innatus; ἐμφυτεύω, inſero: Angl. **to impe**, **an impe**, ſurculus.

Ἐγγράφω, inſcribo, inſculpo, ſcarifico, **to graffe**, **or ingraffe**.

Ἐμφύναι, adhærere, amplecti: ἐμφύναι τῇ χερσὶ, manibus amplecti, & firmiter tenere: Anglicè, **to fang**, **or fong**: manu prehendere. Fortaſſe & hinc **fingers**, digiti: item ἐμφῦναι, φῦναι, (unde participium, φύντες, i.e. ἐμπλακέντες, amplectentes:) ἐμφύεσθαι, amplecti, oſculari: de puero collo matris inhærente, τῷ τραχήλῳ τῆς μητρὸς ἐμφῦναι. Et hinc fortaſſe, **to be fond**, & **fondneſſe**; de

de puerorum deliciis, & nimiâ parentum erga liberos indulgentiâ. Sed & **fond**, ſtultus; **fondneſſe**, ſtultitia, amentia: nempe, *Quia mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit.* Quintiliani ſunt verba: ſed Germanorum eam fuiſſe ſententiam, ex educationis ratione liquet. Tacit: *Dominum ac ſervum nullis educationis deliciis dignoſcas.* Reliqua apud ipſum leguntur.

Ἐρυθρός, ruber, **red.**

Ἔαρ, ἔαρος, ver. Angl. **yeare**, (Germ. **jar.**) annus: quòd à vere annum multi auſpicarentur.

Εἰμί, ſum, **I am.**

Ἐλπὶς, ſpes, **hope**; an & **to helpe**, cùm ſpes & præſidium ſint affinia?

Ἑλκύν, trahere, **to hale.**

Ἐυφύν, inflammare, torrere, **to ſindge.** De aſpiratione in *ſ.* vertente, vide ſuprà.

Ἑσιᾶν, convivio excipere: ἑσιάτωρ, conviva: Angl. **a gueſt.**

Εἴδω, Præter. οἶδα, novi, ſcio: Angl. **wote**: οὐκ οἶδα, **I wote not.**

Εἰδὼ, φρόνησις (Heſychio) prudentia: εἰδὼς, ſciens, peritus, **witt, wittie.**

Ἐγγλύαφν,

Ἐγλύαζειν, ἐγλυκάζειν, (Heſychius:) indulcare, **to glutt**, & **to clote.**

Ἔσκιαρος, & σκιαρὸς, Heſychio, (qui Æſchyli locum citat:) ἡ ὀρυφὴ καὶ ὁ γραπτὸς πίναξ: vel ἡ ἐν τοῖς οἰκοφώμασι γραφὴ: tectum domus; item picturæ ſeu tabulæ pictæ (ut Stephanus interpretatur) quibus laquearia & tecta ædium exornari ſolent. Idem Heſych. ἐσκιαρὸς, ὁ γεγραμμένος, pictus, interpretatur. Conjicit autem doctiſſimus Stephanus (& rectè conjicit, ut ego ſentio:) dictam eſſe σκιάδα, vel ἐσκιάδα, quæ ἐν τῇ κόρῃ, quæ in ſeſe τῶν κοράων imagines pictas habeat; Puellarum puerorúmve imaginibus exornata. Hinc igitur Anglicum, **to carve** ſculpere, & **a carver**, ſculptor: ut propriè ſit **a carver**, qui puerorum puellarúmve imagines (quibus ut plurimùm ædes exornantur:) facit aut ſculpit. Notant Anglici quidam Lexicographi, **cornell**, vetus verbum; quo pars anguli, neſcio quæ; ſed & domus frontiſpicium nuncupatum eſt: quod ſi verum eſt, (nam mihi aliàs inauditum:) hinc quoq; ductum meritò cenſeri poſſit.

Ἔυαν, ἕωλος, ἐχαλία, ἔνδια. (**need**, ſed

ſed & **want.**) De his in ſuperioribus, ut occaſio ſe dabat, jam egimus.

Ἐρεχελεῖν, cavillari, ſcommate illudere, ludificari, nugari, **to wrangle**; ſed & **to ratle**; quamvis Galli quoque habeant, *railler*, & *raillerie*: ἐρεχελία, ludificatio, &c. **wrangling.**

Εὐχὴ, precatio, votum; εὔχομαι, precor, voveo: **a wiſh, to wiſh.**

Ἐγγυάω, propriè, in manus trado; **I give**: item ſpondeo, deſponſo: quod & Angli, propriè, **to give.**

Εἶτα, poſteà, **and.**

Z

Ζέω, ferveo, **to ſeeth.** Eſt in Cambdenianis: ſed ideò repeto, ut ejus occaſione (alieno quamvis loco, niſi quòd à ζέω non alieno:) Græcorum proverbium lectori impertiam. Dicebant enim; Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία: Fervet olla, viget amicitia: Quo nihil aptius ad mores Germanorum, quales eos deſcribit Tacitus, fingi poteſt: ut ab illis ortum videri poſſit. Sed & hoc ipſum non factis tantùm, ſed & verbis illos uſurpaſſe, docebit de re Anglicâ vetere meritiſſimus, & pretioſæ apud omnes bonos,

bonos, ob ſummam probitatem, ſummum candorem, memoriæ, Henricus Spilmannus, in optimo Gloſſario, in voce *Geldum*. De quo plura quoque Somnerus meus, in Gloſſario ſuo, in *Croco Crowellet*.

Ζάϛκλη, vel ζάϛκλον: δρέπανον, falx. Vox Siculorum propria, ut notant veteres Grammatici. Hinc, ni fallor, vox à quibuſdam Italiæ populis (ut Varro docet) uſurpata, *ſecula*; pro falce. Varro quidem ipſe à *ſecando* ducit. At typus ille verbi diminutivus, *ſecula*, rei non benè convenit. Nec veriſimile eſt, vocem apud ipſos Latinos raram & ferè ignotam, ad Anglos perveniſſe. Varronem autem falſum fuiſſe, nemo mirabitur, cùm talia apud illum paſſim occurrant: qui etiam vocem *Pater*, ex Latinâ, (quo nihil ineptius) quòd *ſemen patefaciat*, origine: & *Proſerpina*, à proſerpendo, ducere maluit; quàm ex Græcâ, tam obviâ alioquin & certâ, repetere. Multa autem ex Siculorum dialecto in Linguam Latinam tranſlata eſſe, ſatis notum eſt. Videant, quibus animus, quæ de voce *cataſta* notant docti viri in Perſium. Hinc igitur fuerit,

rit, ut ego quidem cenſeo, Anglicum, **ſickle**. De affini verbo **ſythe**, in poſtrema parte dicturi ſumus.

H

Ἧιον, maxilla, **the jaw**.

Ἥϐη, juvenis, **a youth**. Venient, haud dubito, lectori in mentem, **young**, ex juvenis, & **youth**, pro juventute, ex hoc ipſo *juventus*, originem, iſtud quidem certiſſimam, hoc autem, probabilem, præferentia. Quæ mihi quoque cùm venerint in mentem, cauſſam tamen, cur reſpuenda eſſet origo Græca, in tanta linguarum iſtarum affinitate, non videbam: cùm nec illud exemplo careat, ut verba & ſono & ſignificatione penè eadem, à diverſâ tamen ſint origine.

Ἡμέρα, ἥλιος. De his ſuprà.

Θ

Θυγάτηρ, filia, **a daughter**.

Θάνατος, mors, **death**; niſi ad τὸ δύνειν, de quo ſuprà, pertinet: **dye**, **death**. Vide ibi.

Θίβη, arca ſcirpea, propriè: ſed latiùs interdum pro loculo quovis, aut repoſitorio;

ſitorio, ex quacunque materia : ut ex Atheni locis patet, a **tubb.**

Θυμέλη, locus editior, in ſcæna, vel alibi, in agris, unde Bacchici vel Dionyſiaci τεχνῖται ſeu artifices, ſaltationibus & geſticulationibus populum oblectabant : unde & θυμελικοὶ, tales dicti, ſaltatores, & geſticulatores publici. Sax. **tumbe, to daunce : tumbed, danced,** ut Verſteganus docet. Hodie, **to tumble,** jactare ſe, cernuare, proſtrare.

Θίασος, cœtus (Bacchantium propriè, ſive Bacchi ſacra celebrantium:) ſaltantium, & tripudiantium. Unde θιάσαι, ab Heſychio exponitur, χορεῦσαι, choreas ducere, tripudiare : & θίασον, χόρδσον, id eſt, tripudiato : & θιασῶται, χορευῦται, i.e. tripudiatores. Hinc petenda, ni fallor, Gallici verbi *danſe à danſer*, circa quam multi laborant, etymologia. Sed hoc nihil ad nos. Nam Angli à Gallis, ut probabile eſt, acceperunt. At Anglicum eſt, vetus & probum, **to toſſe,** ejuſdem ferè cum præcedente, **to tumble,** ſignificationis. Belgicum **taſſen,** aliud ; ex Gallico verbo, *taſſer*.

θύμερον,

Θέμεργν, σεμνὸν, (ut Hesychius exponit:) id est, grave, honestum, venerabile. Θεμέρυ, σεμνὴ, βεβαία, ἁδελφὴς; gravis, stabilis, firma. Θεμαρύνεως (χ. θεμερύνεως, ex Stephani seu exemplari, seu correctione:) σεμνύνεως, morum gravitatem & verecundiam præ se ferre. Nullibi nunc quod sciam extat hoc verbum; quod tamen genuinum esse & vetus Græcum, (ex σεμνὸς fortasse per dialectum formatum: quod & hîc innuit Hesychius:) patet ex composito θεμερόφρων, id est, συνετὸς, σώφρων, apud eundem. Angli habent, **demure**, id est, gravis, modestus. Nam qui ex Gallicis, *de bonne mœurs*, ductum volunt, suo more lŭdunt. **Demurre**, affine sono, sed planè aliud & origine & significatione.

Θαῤῥεῖν, audere, **to dare.**

Θέλσειν, mulcere, demulcere (quod oratoris proprium:) Angl. **to talke.** Nisi quis malit (quod etiam probabile est) ex διαλέσειν, διαλέσεως (quod in usu tantùm est:) differere, sermocinari; contractum esse. Unde ortum videtur & vetus Belgicum, **taelen** (ut apud Kylianum) loqui, & **taele**, sermo, oratio;

(διάλεξις:) Anglis hodiéque, **a tale**, fabula.

Θεωρέω, contemplor, **to ſtare.** Vulgò, ab aſtrorum ſeu ſtellarum (quæ **ſtarres**) contemplatione. Ego iſtud verius credo.

Θρέω, clamo, loquor; θρόος, ſonus, ſermo. (hinc ἀλλόθροος, Homero, diverſilinguis:) Angl. **I trow**, id eſt, puto, credo. Putare & loqui, affinia naturâ: Unde אמר Hebræis, utrumque: & vulgò dicimus, **what ſay you?** Lat. *Quid ais?* ſententiam rogantes.

Θρῦς, tumultus, clamor; Anglis, **a throng**, turba, tumultus, vel tumultuoſa hominum congeries. Niſi tamen ex θόρυβος, quod idem; vel, ἀθρόος, confertus.

Θορέω, ſalio, inſilio; θῶρος, impetuoſus: qui cum impetu aſſultat: Anglis, **throwes**, parturientium dolores, ὠδῖνες, qui ſubiti & impetuoſi eſſe ſolent. Sed in genere, **throwigen**, pati, Saxonicum. (Matth. XVII. v. 12.)

Θερμὸς, calidus, **warme.** Vide in Κρύος.

I

Ἰκτὶν, milvus, **a Kite.**

Ἰμαντωσις, lignum (ita interpretatur Hieronymus, ut aliis notatum reperio) quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur: Angli vocant, **the mantle**, (vel **mantletree**) **of a chimnie**, transversum lignum quod anteriorem partem camini (ut nunc loquimur: deest enim aptius verbum, quia res ignota Romanis, ut ex Philandro in Vitruvium, aliisque notum:) sustinet & continet. Quod verbum quanquam aliis quoque fortasse Gallis, Italisve commune, non tamen prætereundum duxi, quòd paucis notam originem crederem. Stultum enim est quod de *mantelo* somniant.

Ἰαίνω, calefacio, tepefacio, propriè: & inde, liquefacio, dissolvo, solvo, perfundo. Cùm animo attribuitur, perfundere lætitiâ significat. Proprium enim caloris est, aperire & solvere. Unde sparsis per totum corpus spiritibus, quædam cum languore conjuncta voluptas sequitur. Hujus autem affectus, crebra oscitatio sæpè indicium

eſt: quam ut *fluxæ* cujuſdam *& apertæ ſecuritatis*, ſtrenuo & ſerio homine indignæ, argumentum vitio olim datam, ex A. Gellio (IV. 20.) diſcimus. Inde & flores cùm ad calorem ſolis aperiuntur, *oſcitare* dicuntur. Vis verbi Græci optimè à Plutarcho ὠὲὶ τ ὠφ. ψυχρᾶ exponitur his verbis: Τὸ θερμὸν κεφαλῆν τ ψυχρᾶ διάχυσιν παρέχῃ καὶ ἀλέαν τῷ σώματι μεθ' ἡδονῆς, ὅθεν Ὅμηρος ἰαίνεσθαι κέκληκεν. Innuit autem Plutarchus, aut innuere ſaltem videtur, ſi non verbo, certè eâ notione verbi ἰαίνεσθαι, ut lætitiam ſignificaret, primum Homerum uſum eſſe; ut hinc quoq; tranſire ſæpè ſignificationes ad alias res affines, diſcamus. Anglis, **to ꝑawne**, oſcitare eſt.

Ἰαλεμίζειν, lamentari, flere, lugere: ἰάλεμος, lamentum, cantilena lamentabilis, & lugubris. Anglis, **to ꝑawle**, lugere, cum clamore lamentari.

Ἱστάναι, ſtare; item, ſiſtere. Ita & Anglicum, **to ſtay**, utrumque. Quod evincit, non ex Latino, ſed Græco ortum eſſe. Hinc quoque credibile eſt & verbum **ſtaffe**, quo corpus quaſi ſiſtitur (ſæpè ſine eo ruiturum) & ſuſtentatur.

Quæ

Quæ & Hebraici משען ratio: ſed & Latini (ut pleriſque placet) *ſcipio.*

Ἵππος equus, **a hobbie**, de quodam equorum genere.

K

Καρπὸς, fructus, in genere, quivis: καρπὸς ἀρόσης, fructus terræ. Interdum, ut docti viri obſervarunt, frumentum, propriè: καρπόω, carpo, fructus colligo. Anglicè, **a croppe**, annona; meſſis unius anni.

Καρπὸς, palmæ prima pars, junctura manus cum cubito: λαμβάνειν ὀπὶ καρπῷ, apud Homerum: Anglicè, **to grapple, or graſple**, conſerere manus, implicari.

Κάρφος, palea, feſtuca, ſtipula arida: κάρφω, & καρφύνω, ſicco, arefacio: etiam καταῤῥυπαίνω, ſordido, ſquallidum reddo: κάρφη, Heſychio, φορυτὸς, quiſquiliæ aridæ. Anglis **ſcurfe**, furfures capitis, arida ſcabies: **ſcurvie**, ſcabioſus, propriè. Sed cùm ad mores transfertur, ex ἀισχεῖς ductum videri poſſit, quod *turpem* ſignificat.

Κίρκοι, vel κείκοι, inter alia, (nam multa ſignificant:) ab Heſychio expo-

nuntur, ἅρπαξες, & πάντα τὰ ὄπιγαμπῆ, id est, harpagones; & in genere, quicquid aduncum est. Anglici Lexicographi **creeke**, vel **crooke**, (utroque enim modo scriptum reperio:) exponunt etiam harpagonem, sive machinam, quâ onera tollunt. Ejusmodi machina etiam γέρανος à Græcis dicta: Anglicè, (ex Græco) **a crane.**

Κίρκος (vel κείκος) circulus, annulus, ansula, quicquid aduncum. Ex hac multiplici verbi significatione manat fortasse Anglicum **quirke**, pro opere subtili, vel sophismate.

Κραυλῆρες, dentes genuini vel maxillares. Anglicè, **to scrantch**, edere; sed indecorè, lacerando dentibus, aut conterendo.

Κλοιὸς, collare, propriè caninum: jugum ligneum, quo ferociores canes domantur. Tale lignum vocant hodiéque Angli, **a clogge**: & inde verbum, **to clogge**, impedire, implicare. Unde & τὸ **clogge**, ni fallor, pro trunco. Solent enim ejusmodi κλοιὸς ex appenso trunco concinnare.

Κορυφὴ, vertex, summitas quævis, cacumen. Olim **croppe**, pro quavis ab

Anglis

Anglis ſummitate uſurpatum ; ut apud quoſdam Lexicographos reperio.

Κόλυφ, corium, ſeu caro neſcio quæ durior in ſive tergis ſive cervicibus boum ; item & ovium. Hinc κόλυπες & κόλαβοι claviculæ quædam ex iſto corio confici ſolitæ, quibus fides intendere & remittere ſolebant. Alii παιδάλυς, ἐξ ὧν ἐξάπτονται αἱ χορδαὶ interpretantur, & ex κεκολλῆσθαι, i.e. ex agglutinatione ita vocatos iſtos κολλάβυς tradunt. Haud longè abit Anglicum, **claſpes.**

Κόλαβοι vel κόλαβοι dictæ etiam ſunt portiunculæ panis, neſcio quæ, in certam formam ex majore quantitate conciſæ ; ex κολοβόω, decurto, minuo, mutilo. Angli vocant **collops**, particulas porcinas, ad ſubitos uſus ex integrâ ſuccidiâ deciſas. Imò & quælibet offulæ carneæ ita vocantur.

Κῦμα, κύημα, partus, conceptus. Anglis, **a qualme**, deliquium animi quoddam, quale parturientibus uſitatum. Poſſit etiam ex κάμνω; ut alterum **faint-neſſe**, ex Latino, fatigo, vel fatiſco. Sed illud magis probo. Hinc etiam **ſqua-miſh**, qui delicato & faſtidioſo laborat ſtomacho.

Κρόμβη, braſſica, faſtidium parere ſolita, unde proverbium, *Crambe bis cocta:* Græci dicunt; Δὶς κρόμβη θάνατος. Hinc puto Anglicum, **to cramme.** Alioquin ex κορέω, unde κεκορημένος, ſatiatus, ducerem. Facit tamen ad priorem rationem, quòd Bœotos κρόμβλω, pro χαρέει dixiſſe, notat ex Athenæo Euſtathius.

Κάμπω, curvo, inflecto. Anglis, **to crumpe.** Unde, **crump-legg'd: crump-ſhouldred,** &c. **to crumble** aliud, quod ex **crumme,** mica. Καμπὴ, flexura, curvamen, flexus artuum, articulus, nodus, ſuffrago. Angl. **crampe,** ſpaſmus. **Krimpen,** Belgis, contrahere, quæ propior origo meritò cenſeatur. Sed hoc ipſum ex Græco κάμπτειν, cùm flectendo res contrahantur: aut certè ex χείμπω, appropinquare facio, admoveo. Sed & τὸ **cripple,** mancus, claudus; ab eodem, ni fallor, κάμπω.

Κρώβυλοι, cincinni, crines intorti: puerorum propriè. Hodie, **curled hayre:** olim **crul,** ut ex Chaucero notatum quibuſdam. Sed & **crocks** olim pro cincinnis uſurpatum notant iidem.

Κόβαλλος, πανοῦργος, κακοῦργος, quaſi κακόβιος-

κακόβουλος, ut quidam volunt: maleficus, vafer, &c. Anglis, **goblins**, mormolucii neſcio cujus nomen, quo infantes terrere ſolent: ex Græcâ haud dubiè origine. Antiquitas hujus notionis & uſus, futilem eorum conjecturam arguit, qui ex Italâ *Guibellinorum* factione ortum crediderunt. Joannes Meletius in Epiſtolâ ad Georgium Sabinum, de religione & ſacrificiis veterum Boruſſorum: *Eædem gentes* (inquit) *colunt ſpiritus quoſdam viſibiles, qui linguâ Rutenicâ* **coltky**, *Græcâ Coboli, Germanicâ* **Coboldt** *vocantur. Hos ſpiritus credunt habitare in occultis ædium locis, vel in congerie lignorum: nutriúntque eos lautè omni ciborum genere, eò quòd afferre ſolcant nutritoribus ſuis frumentum ex alienis horreis furto ablatum.* Hactenus ille.

Κρότος, pulſus, plauſus manuum pedúmve, propriè: applauſus. συσκεθλεῖν, coire, conſpirare. συσκέθημα, coitio, conſpiratio. Anglis, **clutter** ſonus inconditus, tumultus: **a crue**, ſocietas, coitio.

Κρύος, frigus; κρυερὸς, frigidus: Anglis, **cold**, utrumque, frigus & frigidus.

Litera-

Literarum *l.* & *r.* mutua inter se permutatio, tam tralatitia obsservatio, tam in omni sermone obvia, ut meritò verear ne nostra in talibus diligentia lectori non uni putidior quàm gratior accidat. Nos tamen quia novum hoc & fortasse minùs probabile videbitur etymon, aliquot exempla legentibus ob oculos hîc ponemus: ἄλως, *area*; λείριον, *lilium*; κανθήλιος, *cantherius*; στλεγγὶς, *strigilis*; γαστρεὼν, *gurgulio*: Ululare, **hurler**, *urlare*; παράλυσις, **palsie**; καρυόφυλλα, caryophylli flores, **gilly-flowers**. Hæc in derivatis exempla. Sed in uno eodémque verbo sæpè alternant, ut שרשרת, & שלשלת. κρώμαξ, κλώμαξ: κλωμακόφις, κρωμακόφις, aliísque plurimis: ut Galenus Latinum *cerebrum* Græcè scripturus, κέλεβρον, quasi perinde esset, cum litera *l.* vel *r.* scriberetur, expresserit: & contrà, φραγέλλιον, pro Latino *flagellum*, Joh. II. 15. aliíbque reperiatur. Sed dicet aliquis fortasse; Nonne ex Latino *gelidus* (quod & doctis viris, Helvidio, aliísque placuisse scimus) ☞ **kald** vel **cold**, verso ut sæpè ☜ *g.* in *c.* promptior & paratior Etymologia? sanè, si sonum spectemus, quin

gelidus

gelidus ſit propior origo, non ego negaverim : ſi verò ſignificationem, non ſine cauſâ Græca præferatur. Aliud enim, quamvis affinia, gelidum ; aliud frigidum. At commendat Latinam originem vox etiam *frigidus*, ex quâ quis dubitet quin τὸ freeſe manaverit? ego verò dubito, & ex Græco φείκη, quod horrorem frigoris (& inde timoris : quamvis hoc uſitatius :) propriè ſignificat, potiùs duxerim. Tres gradus frigoris in febricitante Alex. Aphrodiſæus (ut doctiſſimus hîc ex illo Stephanus) conſtituit : ὀπτύχωσιν, φείκλω & ῥῖγος : ex utrovis horum poſteriorum, quibus intenſum frigus indicatur, φείκη vel ῥῖγος, τὸ freeſe, duci poteſt : ut & Latinum *frigidus*. At Græcam commendat originem vox **warme**, calidus, è Græcâ θερμὸς ; quod non nobis ſic viſum primis. Eò autem magis aliis ita ſtatuentibus aſſentimur, quòd literam illam aſpiratam θ in derivatis haud rarò excidere non uno exemplo didicimus. vide in ἀστιθάμη, &c. Sed & Latinos ex hoc ipſo θερμὸς, olim finxiſſe *formus*, notant docti viri. Cur non & Angli veteres ſuum **warme** ; quod non magis, quàm

quàm illud Latinum, ab origine ſuâ recedit?

Κοῖλος, cavus; κοίλη ναῦς, cavum navis, venter navis, carina. Hodie, **the keel**, propriè carina; nec aliter ſumitur. olim autem, **keeles**, συνεκδοχικῶς, *naves*. Niſi tamen iſta potiùs diſtinguenda, & τὸ **keele**, ut carinam ſignificat, ſit ex κοίλη: ut autem navem, ex κέλης: quod navigii genus, ex uno remigum ordine, (non ut quidam puerili errore, quòd uno remo & non duobus ageretur:) conſtans, ad velocitatis & prædationis uſum potiſſimùm comparatum ſignificat.

Κέλης, equus deſultorius; ad curſum aptus. Anglis, **a coalt**, pullus equinus: juvenis equus, quales ad curſum aptiores. Sed olim fortaſſe equus ſimpliciter ita dictus, ut **mare**, olim equus in genere; nunc equa tantùm.

Κάπη, præſepe, **a cribb**.

Κώρυκος, pera, ſacculus, propriè coriaceus; ad cuſtodienda, & circumferenda cibaria aptus; ut ex Homero patet. **Crock** Anglis olla in quâ coquuntur carnes.

Κικκὸς, gallus (Heſychio:) κικκὰ, gallina:

gallina : **chick**, & **chickens** : *pulli gallinacei.*

Κῦρος, juvenis, inter puerum virúmque medius : qui, ut plurimùm, ferociores & petulantiores eſſe ſolent : **ceorl**, olim, (nunc **churle** :) duri agreſtíſque vir ingenii : ſed & ruſticus.

Κυειδιος & κυριδία, apud Homerum, de marito & uxore, qui juvenes. Saxonicè, **ceorlian**, γαμίζεσθαι: Matth. XXII. verſ. 30. **ne big ne ceorlath ou tham æriſte** : *neque nuptum dentur in reſurrectione.*

Κόρη, & κέρη, filia, puella ; **a gyrle.**

Κόννος, menti barba, apud Lucianum. Anglis, **chin**, mentum.

Κομμὸς, ornatus nimius, affectata corporis elegantia ; **comely**, nitidus, elegans.

Κνίζειν, κνιπᾶν (verbum Tarentinum, de quo Scal. in Virgilii Catal.) prurire, **to itch**.

Κνίδη, urtica ; **a nettle.**

Κῆδος, affinitas ex nuptiis contracta : κηδεστὴς, affinis, ſocer, gener : κηδόω, affinitatem contraho, &c. Angl. **kindred**, affinitas, propinquitas. Si quis tamen malit ex γένος, συγγενὴς, συγγένεια,

νέα &c. non valdè repugnem. Hiſpanicum, *cunnado*, ex *cognatus*, ni fallor. Cæterùm, Anglicum **kind**, tum genus ſignificat, quando ſubſtantivè ſumitur; tum verò, cùm adjectivè, humanum, amicum, commodum; cui non abſimile Græcum οἰκεῖος, quod tum propinquum, tum familiarem & commodum ſignificat: unde etiam Anglicum verbum per uſitatam aphæreſin duci poſſit.

Κάπηλος, caupo, inſtitor, propola, tabernarius: καπηλεύω, cauponor, &c. Anglis, **ceapman** (nunc **chapman**:) vel **ceap-man**: q. d. inſtitor homo, nundinator: **ceapp**, vendito: Matth. XIX. verſ. 21. Item **to chaffer**, mercari; & **chaffering**, mercatus, nundinatio. Fortaſſe & **to pickle**, muriâ condire, inde ortum, cùm ad caupones & id genus hominum propriè pertineat.

Κείζω, ſtrido, **to ſcritch**: κειγὴ, ſtridor noctuæ, **a ſcritching**; **a ſcritch-owle**. An & **a cricket**, obſtreperum cicadæ, vel locuſtæ genus.

Κεφαλὴ, caput; veteribus Anglis, **top**.

Κρύπτω, abſcondo, ſimulo: κρύψις, abſcon-

abſconſio, ſimulatio. Anglis, **craft**, & **craftie**; vafrities; vafer. Item **a croft, or, undercroft**, κρυπτὴ, i.e. locus ſubterraneus, &c.

Κενὸς, vacuus inanis; κενὴ κοιλία, venter vacuus. Anglis **cleane**, mundus; aliquando vacuus; ut cùm dicunt, **cleane gone**; **cleane riddance**; **cleane teeth**: Κενεαγγία, κεναγγία, vaſorum vacuitas: Hippocrati, fames, inedia. Unde poteſt etiam eſſe, ϝ κ. in *h.* (de quo ſuprà fuſè; & mox exempla plurima:) migrante, **hunger**, fames, inedia.

Κόπτω, ſcindo, **to chopp**: κόπτεσθαι, vexari, plangere, **to chafe.**

Καλέχειν, occupare, firmiter tenere, aut amplecti; **to catch.**

Κωλίλλειν, garrire; **to chat.**

Κόκκω, (vel ut alii, κόκυ) Atticis pro ταχὺ, celeriter. Angl. **quick** & **quickly**. Niſi tamen id conceptui proprium: & tum fuerit à κύειν.

Κηλέω, delinio, demulceo; **to claw.**

Κοεῖν, i.e. νοεῖν, ἀισθάνεσθαι: intelligere, ſentire. Verbum vetus, ſed cujus apud veteres Grammaticos frequens memoria, in tradendis diverſorum verborum Etymologiis; ut κοῖτος, κοάλεμος, κόβαλος,

λος, δυσκόλος, &c. Apud Etymologicum in κοάλεμος profertur ex Callimacho locus, ubi ita usurpatum reperitur. Habet etiam Photius in Bibliotheca sua, in derivatione verbi μακοᾶν, ex Helladio Bizantino. Est etiam apud Hesychium κοθεῖ pro ἀισθάνεται, νοεῖ : i.e. sentit, intelligit. Hinc fortasse fuerit & vox ἀλλόκοτος, peregrinus, incognitus : potiùs quàm ex πίλω, ut vulgò tradunt. Veteribus Anglis, **cuth**, notus, cognitus ; **uncuth**, (hodiéq; vulgò) incognitus, inusitatus.

Κοννεῖν, i. συνιέναι, ὁπίσασθαι intelligere : κοννῦσι, γινώσκουσι, sciunt, intelligunt ; **to konne** ; Item **cunning** : peritus, intelligens : & inde **Koning**, nunc **King**, Rex. Sed & **to kenne**, videre, perspicere : **the kenne of sense**, judicium sensuum.

Κύων, prægnans : κύουσα, quæ peperit ; olim **quena**, vel **quinde**, (ut Verstegano) uxor, vel mulier in genere. Nunc **Queene**, καθ' ἐξοχὴν regina. Sed & **queane**, probrosum, pro meretrice : fortasse, ex aliâ origine. Verstegano, sterilem vaccam propriè ita nuncupatam docet. Ipsum autem **Kaw**, pro vaccâ ex

ex Latino potiùs per aliquantulam inverſionem, & contractionem, quàm ex Græco derivem.

Κυὼν, canis; **a curre**; item **a kennell**, canum cubile, vel agmen.

Κυνίδιον, catellus; **a bound**: ℞ κ. in *b.* verſo, ut ſuprà in κενεὸς, κενασχία: & ſuprà, de idiotiſmis, multis exemplis probatum. Hîc alia nunc ſubnectemus, ex quibus intelligi poſſit, quanti momenti ad veras origines expiſcandas, ſit talis obſervatio.

Κάθδειν, occultare, **to hide**.

Κόνδυλος, pugnus, **a band**: κονδυλίζειν, pugnis cædere; propriè: & inde fortè, **to cudgell**, quod fuſtis, pugnorum uſum in tali re, præſtet: ut & τὸ **fiſt** (pugnus:) ex Latino *fuſtis* ortum eſſe non improbabile. Ita Græcis πυγμὴ tum pugnum ſignificat; tum cæſtus, ſeu potiùs pugilatum qui cæſtibus exercebatur. At **knuckle**, eſt κόνδυλος.

Καμπὴ, flexura artuum corporis inter incedendum: ut cum Ariſtoteles de quibuſdam animalibus, εἰς τὸ πλάγιον ἔχειν τὰς καμπὰς, id eſt, obliquè incedere. Angl. **the hamme**,

poples, cujus inflexione inceſſus inſtituitur.

Κοιλὸν, cavum; **hollow**: κοιλόφθαλμος, **hollow-eyed.**

Κεφὰ, cæſaries; **hayre.**

Κερχνεῖν, aſperare: κερχώδης, qui aſperâ eſt voce. Angl. **harſh**, aſper.

Κορδύλη, Suidæ πᾶν τὸ ἐξέχον καὶ συνεσταλμένον, quicquid eminet, & convolutum eſt: ἐγκεκορδυλημένος, intectus, involutus; **a hurdle**: crates ex viminibus textis, parietum uſum ad includendos homines, pecudéſve præſtantes. Item, **to huddle**, involvere: **to hoard**, acervare, condere: potiùs quàm ex Gal. *hardes*, impedimenta. Eſt etiam κορδύλη, περιείλημμα τῆς κεφαλῆς, involucrum capitis; **a hood**, Anglis, cucullus.

Καβάλλης, ἐργάτης ἵππος: equus operarius; *caballus*, Latinè: quod vilitatis habet ſignificationem, ut ex ſexcentis authorum Latinorum, & nonnullis Græcorum locis cuivis liquere poteſt. Tale, *olitoris caballus*, apud Horatium, & id genus alia, doctis viris notata. Ut qui id negant, (quod faciunt quidam Perſii

ſii interpretes) miram ſuam in his literis infantiam prodant. Nam quod afferunt, *chevalier*, apud Gal. *cavaliero*, Italis nomina eſſe honorifica: perinde faciunt, ac ſi dicerent, **queane**, aut **ſchalck**, aut **knave**, quia olim honeſta fuerint, talia nunc eſſe, nec aliter uſurpari poſſe. Næ illi verborum naturam cognitam non habent qui ſic diſputant. Cæterùm κάβαλλης, caballus, vox origine Græca ſit, an Latina, meritò dubitemus. Plutarchus aliquoties uſurpat; ſed ille ex poſterioribus eſt Græcis, qui à Latinis potuit accepiſſe. Deinde quod de Etymologiâ verbi tradunt Grammatici Græci, ex καββάλλειν, pro καταβάλλειν, id eſt onera injicere: id primum oſtendere debebant, καταβάλλειν eâ notione reperiri. Mea tamen ſic eſt opinio, verbum Græcum eſſe, & ita propriè vocatum, equum caducum & ſternacem, quem Angli vulgò, a **ſtumbling jade** nuncupant: vel equum vectigalem, quem ad publicos pro re natâ uſus, oneribus ferendis aptum,

alere cogerentur. Utrumvis, usitatæ verbi καβαλλίζειν significationi optimè conveniat. Talia autem multa sunt vetustissimis Græcis usitata, quæ posteà exolevere: ut in superioribus ex Varrone & Plutarcho observavimus. Aliquid etiam in verbo ζάσχλης. Anglis, **to hobble** subsultare est: quod equi succussarii, id est caballi proprium. Lucil. *Succussator tetri tardique caballi.* **Hobbi** genus quoddam equi, ut volunt, Hybernici. **Hoblers**, *hobbellarii*, in jure Anglico municipali vocati, qui lege prædii sui equum cursorium ad publicos usus alere tenerentur.

Κόρη, puella, filia; Anglis olim **hure**, (nunc **whore**) meretrix. Planè ut Gallis, *garce*, vel *garse* tam puellam, quàm meretricem significat. Sed & Anglis, verùm secundum aliam analogiam, ex hoc,

Κόρη, puella, mutato, ut in multis, κ & *c.* in *g.* factum est Angl. **girle**, puella.

Κατὰ, contra; **gainst, against.**

Κύκλος, circulus, orbis, rota; **a wheel.** Vide tamen in εἰλέω suprà.

Καλῶς,

Καλῶς, benè; **well.**

Κείρω, tondeo; **to ſheare.**

Κοιλὼν, & κοίτη, luſtrum ferarum, cubile, &c. **a cote,** (nunc **cottage**) tugurium.

Κλώθω, neo; κλῶθες, Parcæ, ob aſſiduam in nendo operam; **cloth,** pannus.

Κιγγλίζειν, crebrò movere, & agitare: κιγγλισμὸς, crebra agitatio & motio. Angl. **to jangle,** & **jangling.**

Κρέω, pulſo: κρεμβάλοις κρέειν, crembala pulſare: τὴν κιθάραν κρέειν, citharam pulſare: κρέμα, ſonus qui editur cum organorum muſicorum pulſatione. Item, (ut quidam interpretantur) carmina, odæ; **a croud.** Notiſſimum & uſitatiſſimum inſtrumentum muſicum, ad quod cantare & ſaltare ſolent.

Κῦδος, opprobrium: κυδάζειν, convitiari; **to chide,** increpare: quod plerumque non ſine opprobriis.

Καταρᾶσθαι, imprecari, maledicere: ſolet τὸ κατ in compoſitione contrahi, ut καλέβαλε, κάββαλε, (inde καββαλικὸς, & Lat. *caballus*:) καλαλείπειν, καλλείπειν, &c. ſed & coaleſcere, ut κατ κορυφὴν, κακκορυφὴν: κατ πεδίον, καππεδίον: κατ μέσον, κάμμεσον, &c. **to curſe,** quaſi ex καρρᾶσθαι,

ut ex καλαφέζειν demulcere, Galli ſuum *caraſſer* effinxiſſe memini alicubi legere. Vulgò tamen (ſed non ita probabiliter) ex χαφίζειν, quod aliud eſt.

Κιχέω, κιχάνω, & κίχημι, Homero uſitatiſſima: propriè, curſu & pedum pernicitate aliquem aſſequor, & comprehendo: corripio. Anglis, **to kick**, pede ferire: *Ferire*, pro aſſequi, vel tangere etiam Latinis uſurpatum. Horatius, *Sublimi feriam ſydera vertice.*

Κνίψ, culex, **a gnatt**: quod non tam remotum quàm eſt *pavo*, ex ταὼς: *ſpica*, ex σάχυς; & ſimilia, quæ doctiſſimis viris placuerunt, & arcaniore quadam analogiâ ſe tuentur.

Κυφλία, καρλεροῦ, κυλλὸς, &c. Vide ſuprà, ubi de Idiotiſmis, &c.

Λ

ΛΕξεως, (unde λέκτον, lectus: ἀλέκτωρ: & καλαλέξυμαι, &c.) jacere, cubare, **to lie**: Item, λέξω, cubare, vel jacere facio, (apud Homerum, ut & prius:) **to late.**

Λιχνέω, lingo; **to lick.**

Λάγνης, vel λάγνος, (quaſi λάγυνος) libidinoſus, ſalax; **lecherous.**

Λαγὼν,

Λαγὼν, λαγόνες, ilia, lumbi; **the loynes.**

Λαγὼν, angiportus; **a lane.**

Λέγνον, fimbria; & in genere, (ut Hesychius explicat) τὸ ἔσχατον, quod extremum est; **a ledge.**

Λόχμη, densa sylva; & metaphoricè, crines densi. Angl. **locks**; cincinni: sed & λοξὸς, obliquus, non rectus: quod & cincinnis, sive intortis crinibus non malè quadrat.

Λαγαρὸς, laxus, vacuus, non distentus: Angl. **lanck.**

Λίχνος, qui cupediis est deditus, liguritor, cupes, catillo; **lickrish.**

Λόφος, inter alia, tumulus, collis, locus editus, **a loft**, & **aloft.**

Λάβρος, avidus, vorax, impetuosus; nimius: λάβρον στόμα, os procax. Angl. **lavish, a lavish tongue.**

Λὰξ, cum calcibus; vel ut quidam apud Homerum (λὰξ ποδὶ κινήσας, & similibus) interpretantur, molli pede: ἄκρῳ τῷ ποδὶ, pede extremo. Anglis **lagg**, tardus, postremus; quod tamen etiam ex λήγω, cesso, desino, duci possit.

Λίπος, attritus, seu detritus usu. Λίπη γλῶσσα, quo sensu Athenienſibus

à lepidiſſimo Comico objecta, conſulendi ejus interpretes & ſcholiaſtæ. Hadrianus Junius, vir doctiſſimus, *lubricã ac ſuaviter balbutientem linguam interpretatur*. Angl. igitur, **a liſping tongue**; λίσπη φθογγὴ. Et enim **tongue**, Græcum quoq; ut idem vir eruditiſſimus pridem monuit, & nos ſuo loco docebimus.

Λαγχάνω, ſortior, ſortitò obtineo: τὸ λαχὸν, quod ſorte obtigit: λαχμὸς, ſors, **luck** & **luckie**: quanquam dubito utrum ex eâdem ſint origine: & non potiùs **luckie**, ſit ex λάμπω, candidus, albus; dicunt enim Græci, λαμπὴ ἡμέρα, fœlix & fauſta dies: Angli, **a luckie day**.

Λάω, video, aſpicio; **to looke**: quod minùs remotum, quàm βλέπω; ex quo tamen prius illud doctiſſimi Grammatici deducunt.

Λύω, λῦσαι, ſolvere; **to looſe**: Λυσιμάχιον, herbæ nomen; Angl. **looſe-ſtrife**: quaſi dicas, λυσιστρόφιον. Vide infrà in στρόφη. Idem λῦσαι, diſſolvere, reſcindere, abſcindere, evertere (ut apud Homerum, λύειν πόλιν, evertere, perdere urbem, &c.) **to loſe**, id eſt, *perdere, amittere*; **loſſe**, damnum, jactura.

Λείπω,

Λείπειν, relinquere, linquere, **to leave.**

Λαὸς, turba, populus: Anglicè, **lewd,** improbus, flagitiosus: quales è turba plerique. Obvia philosophorum in eam rem testimonia.

Λῶ, λῇς, λῇ, (pro θέλω, θέλῃς, θέλῃ; apud Callimachum, Theocritum, aliósque:) volo, cupio, &c. **To lust.** Hinc autem, aut ex λελιῆσθαι, quod exponitur θέλειν, ὁρμῇ φέρεσθαι, est, **to lust:** & nomen substantivum, **lust:** nisi quis malit ex λοίσθων, (quod ab Hesychio exponitur ἀκρατὴς περὶ τὰ ἀφροδίσια, circa res venereas incontinens, salax) deducere. Quæ quanquam sunt valde probabilia, non tamen omittendum, λύσσα, vel λύπα, quod apud Græcos de caninâ rabie proprium est, ad alios quoque, majores & impotentiores, (ut amoris iræve,) qualescunque affectus non rarò transferri. Unde & Anglicum verbum manasse, nonnullis fortè magis arridebit.

M

Μύρον, unguentum; **to besmeere:** ungere: τὸ **be** præponitur, ut in aliis multis. Simplex igitur fuerit, **to smeere.**

ſmeere. Sed & **myre** lutum ex eodem fonte; cum τὸ μύεσθαι, ex quo μύεσν ortum, *flere, fluere, fundere*, in genere ſignificet, & iſta vulgò confundantur. Αλείφειν, ungere, & illinere: ἀλοιφὴ, unguentum, & tectorium, quo parietes illinantur. Ita & Latina, *venenum, inficere*, in utramque partem uſurpantur; & alia plurima.

Μυδάω, nimio humore & uligine vitior; præ nimio humore ſeu madore putreſco: μύδησις, vitium quod ex nimio humore & madore contrahitur; **mud, muſk; muddy, muſky.**

Μέλδω, liquefacio: Item macero, conſumo, &c. **to melt:** Item, **to moulder.**

Μινύεσθαι, lamentor; **to mourne.**

Μῶλος, πόλεμος, μάχη, δόρυβος, μόλος, bellum, pugna, turba, labor; Angl. **to moyle:** vulgò jungunt, cum **toile,** (**to moile and toile**) de quo vide in ἔτλος.

Μιγνύειν, miſcere; **to mingle:** μίσμα, mixtio; **a miſchmaſh.**

Μαραίνω, tabefacio; μάρανσις, vel μαρασμὸς, tabes; **maraine,** vel **marrein:** lues, tabifica lues: inter pecora propriè.

Μαίνεσθαι,

Μαίνεσθαι, inſanire; *μανία*, inſania; **to be mad, madneſſe**: de *d* inſerto, vide ſuprà. Hebræis recentioribus מלנויא, *μελαγχολία*, *μανία*.

Μισύλλω, in minutas partes ſeco, in parva fruſtra concido; **to mince.**

Μείλιχος, vel *μείλιχος*, ſuavis, manſuetus, affabilis; **meeld.**

Μαῖα, obſtetrix; **a mid-wife.**

Μέγιστος, maximus; **mighty**: de **mæſtan**, & **moſt**, in ſuperioribus.

Μηχανᾶν, excogitare, moliri, ſtruere; **to make.**

Μυελὸς, medulla; **marrow.**

Μόλυβδος, plumbum; **lead**: Vide exempla contractorum, de quibus in ſuperioribus egimus: & infrà, in *μαστρωπὸς*, & *μαγγύλλη*. Item & *τολύπη*.

Μανικὸν, pro magno, ſeu ingenti, vox (authore Plutarcho) Phrygiaca. Potuit alioquin (ut jam olim Eraſmo aliiſque notatum:) & Græca meritò cenſeri, cum etiam à Lat. *inſanum*, pro magno uſurpetur. Cæterùm linguam Phrygicam ejuſdem fuiſſe cum Græcâ originis, ut quæ ex illâ ſunt, etiam Græcæ, ſed quæ antiquiſſimis temporibus obtinuit, adſcribi poſſint, ex quorundam ſententiâ

ſententiâ priùs notavimus: Anglis, **maine**, ingens. Utuntur & ſubſtantivè, cùm dicunt, **with might and maine.**

Μάνης, δοῦλος, ſervus. Ariſtophanes, (ut alios omittam) bis utitur; ubi Scholiaſtes, οἰκέτας, domeſticos, exponit: ut doctiſſ. Stephano notatum. Græcam tamen non redolet originem: de quo alii pluribus. Anglis **man**, homo, vulgò pro famulo, ſed καταχρηστικῶς, ut Latinis puer; & Græcis παῖς. Quidam ex Latino *mas* repetunt, ut Lipſius; alii ex *homo*. Ego ἐπέχω. Movet me tamen, quod affine, **wo-man** ex Latino fœmina fluxiſſe credibile eſt. Quanquam magis probarem Verſtegani ſententiam, **woman**, quaſi **womb-man**, ἐτυμολογοῦντος, ſi conſtaret τὸ **wombe**, mulieris uterum propriè, non ventrem in genere apud antiquos denotaſſe. Regeret tamen aliquis fortaſſe, utcunque nomen illud tam viris quàm mulieribus commune, nihil obſtare tamen, quin mulieribus ab illâ potiſſimum parte nomen ductum ſit, in quâ præcipuum à viris diſcrimen, & quâ illæ maximè notabiles. Enimverò, & γαστὴρ commune utrique ſexui; ad ea tamen

quæ

quæ mulierum propria, ſæpe transfertur: ut cum ἐν γαστὶ ἔχειν, &c. dicuntur. Cæterùm, ut nunc **woman**, ita **wife** olim, commune ſexus nomen erat: quod nunc uſus conjugibus addixit. Hodie, enim **wife**, uxor; **houſe-wife**, mater familias.

Μάννος, vel μάνος (quod & μανιάκης) κόσμος περιδαχτύλιος, ut Theocriti Scholiaſtes; genus ornamenti collaris, vel collo apti: χρυσῆν φέλλιον ὀφορῆσι περὶ τὰς χεῖρας ἢ πάχηλον οἱ Γαλάται: ait Polyb. ut ex illo docet hîc doctiſſimus Stephanus. Angli hodiéque, **a mane**, vel **maine** jubam vocant equinam: quæ equi præcipuum, præcipuè ſi cultus accedat, ornamentum. Plinius de Leonibus: *Leoni præcipua generoſitas, tunc cùm colla, armóſque veſtiunt jubæ. Id enim ætate contingit, è leone conceptis. Quos verò pardi generavere, ſemper inſigni hoc carent.*

Μετὰ, (præpoſitio:) cum: Saxonicè, **mid**. Eadem præpoſitio μὲτ, quando cum accuſativo conſtruitur, ſæpè (apud Homerum præcipuè:) motum ſignificat ad locum, ponitúrque pro, πρὸς vel εἰς: ut

ΖΔς

Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Αἰθίοψ ἔβη.——— (Διοπῆας

(id est) *Jupiter enim in Oceanum ad inculpatos Æthiopas Hesternus ivit.* Et, Ἀλλ' ἴθι νῦν μετὰ λαὸν, *proficiscere ad populum.* Et, Βῆ ῥ' ἴμεναι μετ' ἴφας. *Pervenit ad sues.* Ex hâc præpositione fecerunt Angli (ut Græci ipsi ex ἀντὶ, præpositione, verbum ἀντιάω, seu ἀντάω: & similia:) verbum **to meet**: convenire. Unde & substantivum **meet**, id est, aptum, conveniens. Ita & Græcis ἀπαντᾶν, quadrare, convenire: de quo suprà suo loco. Eadem præpositio genitivum regens, conjunctionis aut participationis habet significationem, Latinæ *cum*, vel *unà cum* respondens: μεθ' ἡμῶν, nobiscum; μεθ' ὑμῶν, vobiscum: vel conjunctis viribus. μετὰ δικαιοσύνης, cum justitia; vel justitia comite, &c. Unde & composita, μετοχὴ participatio; & verbum μέτειμι, interfum: (κακοῖσι μετεῖναι, inter juniores conversari, &c.) & interdum, μέτα (accentu retracto:) pro μέτεστι, præsens est; interest. Hinc, aut ego fallor, **mate**, socius, sodalis. Imitantur etiam Græcos Angli in usu hujus præpositionis, suo **after**: pro

διὰ:

διὰ: ut cùm dicunt, **He is gone after such a thing.** μὴ δαῖτα, **after a dinner, i.e. to get a dinner.** χρυσεῖον μὴ κῶας, **after the golden fleece.** Latini non possunt ista verbatim reddere: verbatim simul & eleganter Angli possunt. Sed hoc ad idiotismos pertinet: de quibus nos aliàs; (infinita enim sunt in hoc genere digna quæ observentur:) aut alii, quod malo, peritiores.

Μύθος, verbum, dictum, oratio, fabula. Hinc, ni fallor, Anglorum, **mouth:** *Os* sanè pro *oratio* non raro ponitur. Sed Germanorum **mut,** animus, ex θύμος per inversionem, facit ut dubitem. *Os* enim pro animo sæpe ponitur, ut ab eâdem origine possit & Anglicum verbum esse.

Μύω, claudo oculos, (subaudiendo ὀφθαλμὼς, vel ὄμματα:) claudo, seu obstruo os, (subaudiendo στόμα:) μύσις, occlusio, compressio, obstructio. Angl. **to muzle.**

Μάσσω, pinso, subigo: misceo, φυρῶ. (μᾶζα, ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ:) μάσμα, materiæ cujusvis expressæ, vel agitatæ massa, vel recrementum; a **mash.**

Μασθὸς

Μαπύη, vel μάπύα, lautitiæ, delicatior cibus; **meat.**

Μασεφπὸς, ὁ ἡ ἥ, leno, vel lena; **a ſtrumpet.**

Μαβύλλη, lena; μαβυλλεῖον, i. πορνεῖον, lupanar; **a troll.**

Μέλκα, ὄφον τι διὰ γάλακτος; edulium ex lacte conſtans. Extat apud Galenum & poſteriores aliquos Græcos; ſed ut Romanum verbum, non Græcum. Meurſius non aliud fuiſſe cenſet, quàm quod veteres Græci ὀξύγαλα: q. d. *lac acidum* nuncuparunt. Mirum apud Latinos, ut hîc obſervat Stephanus, non reperiri. Credibile eſt eos iſtum lactis uſum, quicunque fuerit, à Germanis didiciſſe; & inde nomen Germanum retinuiſſe. Quis tamen non dicat originem Germanici **melck**, vel ut Angli **milck**, eſſe Græcam; ab ἀμέλγω, mulgeo? Quid enim lac aliud, quàm quod mulgendo ex animalibus exprimitur? Cæterùm monendus ſemel eſt lector, alia quoque non pauca, ut γῦνα, **a gowne**: ὀσίον, **a boſe**: μέδος, **mead**, &c. in Meurſii, viri doctiſſimi, *Gloſſario Græco-barbaro* reperiri, quæ Anglica quoque ſunt, & ab Anglis, aut Germanis

Germanis ad illos recentiores Græcos pervenere. Et hactenus quidem nihil ad nos. At inter illa, ſi quis accuratiùs excutiat, nonnulla fortaſſe, quæ utcunque poſterioribus Græcis ignota, Græcæ tamen originis reperiuntur. Sed iſtis diutiùs immorari, alterius & otii, & operæ eſt, quàm quæ noſtra nunc eſt.

Μανάκις, Heſych. ὀλιγάκις, σπανίως, ἢ πυκνὰ, id eſt, parcè, rarò: vel etiam, ſpiſsè, denſè. Non dubito fore, qui Heſychium depravatum contendent, & pro ἢ πυκνὰ, corrigendum eſſe, μὴ πυκνὰ: *non ſpiſsè, vel densè.* Facilis lapſus fateor, & conjectura non improbabilis. Quanquam & illud dicendum, non deeſſe exempla vocabulorum, in omnibus fortaſſe linguis aliquorum, ſed in Græca non paucorum, quæ contrarias res aut actiones ſignificet: ad vulgatam autem lectionem Heſychii aſſerendam & illuſtrandam inſigniter facere linguam Anglicam, quæ eodem ferè & ipſa verbo **mante**, & **meane**, (quorum illud multitudinem, copiam, abundantiam; hoc, exile, tenue, rarum ſignificat:) res diſſimillimas exprimit. Iſtud autem **meane**, quanquam Latinum *minutum*,

nutum, & Gallicum *menu*, non longè abeunt: cur aliundè quis malit, quàm ex Græco μανὸς, quod rarum, non denſum ſignificat, arceſſere, cauſam non video: μανόκαρπος, rarum ferens fructum: μανόφυλλος, non habens folia: Angli dicunt, **meanly ſtored**, vel **meanly furniſhed**: in eandem planè ſententiam.

Μαλερὸν, ἄλευρον, σῖτος: (Heſych:) farina, paſta; **meale.**

Μαυρόω; vide ſuprà, ἀμαυρόω.

Μάχη; vide ſuprà in γάμος.

N

Νέω, νήθω, neo, acervo, glomero. Sunt qui νέω, *neo*; & νέω, glomero, diverſa themata conſtituant, & τὸ νήθω ad prius referant. Sed aliter Heſychius, qui νήθων ὕλλω, σωρεύων ὕλλω exponit. Anglicè, **to knitt**, texere, contexere, connectere. Interdum propriè de texturæ genere, quæ duabus, aut etiam pluribus, pro operis ratione, prælongis acubus peragitur. Hoc genus an veteribus in uſu fuerit, incertum eſt. de quo plura b. m. parens in *Exercitationibus* editis. Cæterùm, de literâ ν. pro arbi-

trio

trio præpoſitâ, vel omiſſâ, plura nos in *De linguâ Hebraicâ.*

Ξ

Ξ Ιφος, σκίφος; a Bnife. Vide ſupra.

Ο

Ὄρνις, avis, in genere, quævis. Interdum ſpecialiùs, de gallinaceo genere, a **herne**, Anglis, avis ardea: **hen**, gallina.

Ὄροφη, vel ὄροφος; tectum, culmen; a **roofe**.

Ὀδυρμα, & ὀδυρμὸς, lamentatio, ploratus, planctus; a **dirge**: ſcio vulgò ex ſolemni in his (ut aiunt) ſacris verbo **dirige** originem repeti. Quàm probabiliter id dicatur, meliùs judicarem, ſi ante oculos illæ formulæ. Nam quòd ad Deum *dirigantur* iſtæ preces, nimis id dilutum eſt, cùm non illæ magis, quòd ſciam, quàm quævis aliæ. Præterea movet me, quòd in nullâ aliâ linguâ his ſacris inditum ab hoc *dirige* nomen reperiam.

Ὄρθρος, diluculum, tempus antelucanum, propriè; **rath, rathest.**

Ὀλκὴ, pondus, vis; **a bulcke**: de quo vide infrà, in ῥάμνῳ.

Ὀφρὺς, ſupercilium: τὰς ὀφρῦς συνάγειν, ſupercilia contrahere. Angli uno verbo, **to frowne**: ſed & **browe**, frons, ſupercilium, ab eâdem origine, cùm & de monte quoque dicant Angli, **the browe of a hill**: ut Græci, ὀφρὺν τοῦ ὄρους.

Οἰκογενὴς, domi natus, & educatus; verna, vernaculus. Πάνυ σφόδρα οἰκογενὴς, apud Platonem, genuinus Athenienſis, ſermone (de ſermone enim quæſtio ibi propoſita) & natalibus: peregrino & externo oppoſitus. Ita & vernaculus apud Latinos, non eum tantùm qui domi natus eſt ſignificat, ſed qui urbanam vitam totus colit, ruris & peregrinationis expers. Apud Senecam *vagus atque erro*, vernaculis opponitur: De Benef. VI. c. XI. Idem Epiſt. LI. vernam & urbanam conjungit, & montanis opponit. Anglis, a **cockny**; qui in urbe natus, rarò aut nunquam foras extra natalitia pomœria pedem extulit, rerum omnium, præterquam urbanarum, planè expers, & ex merâ inſolentiâ ſtultus & incredulus admirator. Ut autem *verna*, (unde *vernilitas*) & *vernaculus* apud

apud Latinos pro ἀρέσκω ſæpè ſumitur (ut ad Antoninum dicebamus) qui verborum blanditiis & quæſitioribus, ſed & putidioribus officiis gratiam hominum captat; ita & Græcum οἰκοψὼς uſurpatum olim videtur; quamvis hujus uſus & notionis, niſi apud Antoninum Imperatorem, nulla nunc quod ſciam, ſuperſunt exempla. Apud illum enim Primo *De ſeipſo*, ἀσρνάκλῳ & οἰκοψὼς in eam ſententiam conjuncta: quanquam nos aliter quoque, quòd ejus uſus deerant exempla, interpretari ibi conabamur. Sed jam puto me in Anglica lingua reperiſſe. Illis enim, **to cogge**, eſt adulari, blandè & verniliter alloqui: **a cogger**, ἄρεσκος, adulator: quæ quidem ex fonte Græco manaſſe nullus dubito.

Ὀπτάω, inſpicio, inſpecto: ὀπτάτης, viſor, ſpeculator; **to peep.**

Ὀρέγω, porrigo, extendo: τὰς χεῖρας ὀρέγειν: manus porrigere, tendere. Item ὀρέγω, porrigo, alio ſenſu, pro præbeo; ſeu porrectâ & tenſâ manu præbeo. Angli, levi ſoni diſcrimine, ſed ut idem verbum agnoſcas, prius, **to ſtreach**: poſterius, **to reach**, dicunt. Sed & Græci

in quibuſdam literas σ, præponunt; ut ῥόμβος, σκόμβος, &c.

Οὐτάω, vulnero; **to wound.**

Ὀσχάζειν, ſimplex; ex quo compoſitum ἀνοσχάζειν, quod exponit Heſychius, τὰ παιδία τῇ χερσὶν ἀναπάλλειν, infantes manibus certo ritu agitare, vel quatere: de quo ritu plura viri docti ad Perſii, *Tunc manibus quatit*, &c. **to rock**, cunas agitare.

Οὖδος, ſolum, pavimentum, terra. Anglis, **threſhold**, eſt limen domus: quod compoſitum reor, ex θύρα, (Anglicè, ex Græco, **dooꝛe**:) & ἔδος: q.d. *pavimentum januæ*. Eſt enim pars inferior januæ, ſolo proxima; ſuperliminari oppoſita.

Οὖρος, (vox Homero familiaris; pro quâ poſteriores φρουρὸς maluerunt:) cuſtos; ὠρεῖν (ex alia tamen hoc origine:) curare, cuſtodire. Anglis, **a ward, or warden**; cuſtos, quod etiam, **gard**, &c. Olim **waren**, cuſtodire, de quo Notæ ad Willeramum, p. 11. Item hodiernum **warie**, cautus, ſedulus, ſollicitus. Item, **to beware**, cavere, præcavere.

Οἶστρος, ſtimulus, &c. (unde compoſita,

ſita, ὀισεγμανὴς, ὀισεγπλὴξ, &c.) **to ſtirre:** incitare, irritare.

Οἰειν, putare; **to weene:** olim, **wenan:** οἴησις pro ὑπερηφανία, **a weening,** vel **over-weening.**

Ὄλλω vel ὀλέω, ὀλέσαι: perdere, amittere: ὀλέσαι † λαὸν, perdere vel peſſundare populum: ὀλέσαι † πατέρα, amittere patrem: id eſt, deſiderare. Angli pariter: **to looſe,** perdere, & amittere. Vide ſuprà in Λύω.

Ὁμιλία, colloquium, commercium, confabulatio. Veteribus Angl. **mallus,** colloquium, parliamentum, conventus. Sed & hodiernum **meale,** hinc quoque fortaſſe procedit, quòd ad capiendum ſtatis horis cibum plures ſimul convenirent: unde & Græcum κοινὴ, cœna.

Ὀβελὸς, ex quo diminutivum ὀβελίσκος, quod à Polluce exponitur lamina enſis, (Galli vulgò, *lame d'eſpee:* eſt autem *lamina* quoque verbum Græcum, ἔλασμα, vel ἐλαμένη, ut docti norunt) & ita apud Polybium reperiri tradunt. Angli, **a blade.**

Ὄαρ, (& ἄορ) uxor: ὄαραι, γυναῖκες; uxores, mulieres: Item confabulatio-

nes, colloquia, consilia : ἀαείζω, confabulor, colloquor. Unde verbale ἀαρισὴς, confabulator: ἀαεισμὸς & ἀαεισὺς, confabulatio, colloquiũ : πολέμε ἀαεισὴς, apud Homerum, conversatio & commercium cum bello ; id est, lex belli. & ἀαεισάνθ-, apud Hesych. μάχη, pugna, exponitur. Ex his puto patet origo Anglici **warre**, pro bello. Quanquam enim dubium sit hoc Hesychii postremum, & fortasse mendosum sit : notum tamen est, uxores & mulieres præcipuam bellis occasionem fuisse. quod & Homerus tum alibi toto suo poëmate, tum his inter alia verbis paucis docet, Ἀνδρόσι μαιναμένοις ἀάων ἕνεκα σφετεράων. Rapi quoque uxores olim solitæ, nec aliæ faustiores, quàm quæ sic comparentur, creditæ. Ut monomachias & singularia certamina omittam, uxorum & mulierum caussâ, nullo non sæculo, frequentissima. Quid quod etiam *enses* ἄορες exponuntur ab Hesychio ? Certè τὸ ἄορ, vel ut alii ἆορ, neutrum, ensem apud Homerum sæpè significare, nemo dubitat, & obvii loci, qui probent, plures. Cæterùm, etiam ab ἄρης, Mars, bellum, ferrum, ☞ **warre**, non improbabilis

babilis origo: ſed nos quod maximè probaremus, indicavimus.

Οὐδὲν, nullum, nihil; **ought.**

Ὄφις, ſerpens; **a feend**, Anglicè, (vel **fiend**) tum inimicus, in genere; tum ſpeciatim, dæmon, diabolus. Harum autem duarum ſignificationum quæ primaria, & verbi propria, non facilè dixerim. Utrumvis certè ad ὄφιν optimâ ratione referatur. De diabolo, nullus opinor Chriſtianus monendus, cui lapſi ſeductíque primi parentis hiſtoria nota. At illa non nota gentilibus. Dicemus igitur ita tum nuncupatum diabolum, cum primùm diaboli natura ex ſacrâ hiſtoriâ illis innotuit. Poſteà, ad quoſvis inimicos per exaggerationem traductum verbum. Aut ſi primùm ita dicti quivis in genere inimici, quòd ſerpentis conſpectum horrent naturâ plerique, (unde & proverbium Latinum, *angue pejus odiſſe:*) tum poſt compertam ab antiquis illis Anglis diaboli naturam, & erga genus humanum malitiam; probabile fuerit, ad illum κατ' ἐξοχὴν indigitandum traductum commune verbum, quòd nullum facilè occurreret, quod naturam ipſius meliùs

meliùs exprimeret: unde & *Satan* Hebræis, tum inimicum in genere quemlibet & adversarium, tum propriè diabolum comprehendit.

Ὀργὴ, ira: vide suprà in ἄχι-Θ.

Ὅλ-Θ, totus, **whole**: ut suprà in Cambdenianis. τὸ ὅλον, interdum, (philosophis præcipuè, aut, τὰ ὅλα:) mundus: unde conjicio Anglicum **world** manasse.

Ὄτλ-Θ, (ὄτλημα) labor, calamitas: ὀτλέω & ὀτλάω, laboro; miser, ærumnosus sum. Angli, **toyle**; **to toyle**. Vide suprà in μῶλ-Θ. Est etiam τύλη callus, qualis ex multo labore solet provenire: unde τὸ **toyle** possit aliquibus arridere, sed illud verius.

Ὄρχαλ-Θ, pomarium, **an orchard**. Habuimus in Camdenianis. Sunt sanè ὄρχ-Θ & ὄρχαλ-Θ Homerica verba, unde tantò probabilius ad Anglos transiisse. Dubito tamen an illa vera origo. Dubitandi caussa, quòd Belgæ, **oeft-gaerd**, & **ooft-gaerd**; ut & **boom-gaerd**: & Germani, **baum-gart**: **obſt-gart**: (**luſt-garte**: paradisus:) dicunt. Unde probabile est, etiam Anglis esse verbum compositum: **or-chard**, vel **orch-**

o:ch-yard: (ut **vine-yard**, & **win-gard**, de quo suprà:) ut τὸ **ooft**, & **oz**, sint ejusdem, ex Græco ὀπώρα, originis: cujus τὸ ϖ. apud Belgas, in *f.* emollitum, remanserit; τὸ ρ. apud Anglos, q. d. ὀπωροφυλάκιον, vel ὀπωρεῖον. Vide in ὕρ☉, suprà.

Π

Πολεῖν, πολέσαι, i.e. ἀρόσαι, arare; **to plow**: πόλ☉, terra aratro versa, terra proscissa: **plowed-ground**.

Πόλ☉, capitis vertex, cranium, calvaria: τὸ σύμπαν, integrum caput, **the pole**.

Πιθανὸς, disertus, gratus, jucundus, aptus ad persuadendum, (à πείθω nempe, id est, persuadeo:) **pithy**.

Παικίλ☉, varius, discolor, maculis distinctus; **speckled**: παίκιλμα, **a speck**. Hinc quoque ni fallor, & morbi illius maculosi nomen, **pocks**, quo modo & Latini, sed posteriores, *variolas*, (Galli *varioles*:) ex macularum varietate indigitarunt.

Πιππάκιον, splenium, vel panniculus illitus: ut doctissimus Steph. ex Celso docet, quamvis apud Græcos qui nunc extant,

extant, vix eo ſenſu reperias. Anglis, **a patch.**

Πέλ⊙, vel πέλλ⊙, niger, fuſcus; **black.** Idem πέλ⊙, ſubniger quoque, ſubfuſcus, lividus, exponitur. Unde ſeu Gallicum, ſeu Anglicum **blue** fluxit. Angli interdum conjungunt, ut cùm de ſuggillato dicunt, **black and blue.**

Πελιδνὸς vel πελίνὸς, ſanguine ſuggillatus, lividus, ὕφαιμ⊙. Angl. **blood,** ſanguis; **bloody,** ſanguinolentus.

Πλατὺς, latus; **plate.** Item, **broad.** ἐν πλατείαις, **abroad:** πλάται, i.e. ὠμοπλάται, ſcapulæ; **ſhoulder-blade.**

Πλάδον, vel πλάδ⊙, humor ſuperfluus: nimia humiditas: πλαδώδης & πλαδαρὸς, uliginoſus, udus; **a plaſh, plaſhie.**

Παῖς, puer, **a boy.**

Πῆς, ποδὸς, pes, **a foot.**

Πέδον, vel πεδίον, (quod neſcio quàm benè Ariſtoteles alicubi ducit ex πῆς:) ſolum, campus, planicies, **a field.**

Πέλλα, propriè, mulctra, ſeu vas in quod lac emulgebant. Interdum de aliis, ut catino, poculo, &c. Angl. **a patle, a milk-patle.**

Πάρθεν⊙, (quod etiam πάρθην⊙) virgo,

virgo, (διαπαρθενεύω, devirgino,) a **bride**. Germanicè, **braut**. **bridegrome**: Germanicè, **brautigam**; q. d. παρθενοσάμος.

Πρεισὸς vel φρεσπὸς, propriè, qui ultra cæteros aliquid habet in ſuo genere: eximius, præſtans, inſignis. **pretty**, inſignis; ſed de parvo propriè, aut in parvis rebus: in magnis, **proud**, ſuperbus: Item **ſpruce**, elegans, inſignis: Item **pert**, acer, vegetus: **malapert**, ſuperbus, procax, confidens, protervus; μάλα φρεισὸς vel φρεσπὸς: (**malapertneſſe**, procacitas, protervia:) quod etiam apud Græcos in ſequiorem partem haud raro poſitum reperire eſt. Frequentiſſimi inter Græcos uſus vocabulum iſtud fuit, & latæ notionis; ut ex libris conſtat, qui ſuperſunt: apud Atticos præcipuè: ut non mirum ſit tam numeroſâ ſobole apud Anglos pullulaſſe.

Πυθμὴν, ένος, fundus, imum. Angli totidem ferè literis (neque enim literæ affines *b.* & *p.* Item *t.* & *th.* in hoc argumento pro diverſis habendæ:) a **bottom**. Scribitur vulgò, **bottome**: ſed *e.* illud finale otioſum eſt.

Πύελος,

Πύελος, labrum balneatorium: vas quodvis majus, ſed ligneum, propriè; **a boale**. Idem πύελος vel πυελὶς, σφενδόνη: pala annuli. Anglis, (ita reperio:) neſcio unde, niſi hinc, **a bezill.**

Πηλὸς, lutum, cœnum; **puddle.**

Πυδαείζειν, Heſych. exponit, μὴ ἀνέχεσθαί πνος, ἀλλ' ἀποπηδᾶν: χαλεπαίνειν: id eſt, ex impatientia & indignatione reſilire, moleſtè ferre. Angli de tumultuante dicunt, **to keep a pudder.** Affinis vox χονδονδιέζ, quam Heſychius exponit, θυμῶδες: iraſci, indignari, **to grunt.**

Πεδᾶν, vel πεδεῖν, impedire, ligare; **to binde**: πέδη, pedica, vinculum, **a bond.**

Πλάττω, formo, creo, compono, fingo, effingo; **to plott.**

Παίζω, ludo; **to play.**

Παίω, Græcus Ariſtophanis Scholiaſtes: τὸ παίειν λέγουσι, τὸ πᾶν ὅπερ σωλήμως ποιεῖν, id eſt, τὸ παίειν, propriè, quidvis expeditè facere. Angli ſimiliter, **to ply.** Suſpicetur aliquis fortaſſe ex Latino, *applicare*. Sed longè alia ſyntaxis. Dicunt enim Latini, applicare animum ad aliquid: Angli, **to apply the mind.**

At

At hoc aliter, **to pip his booke**: ut Græci, παίειν βεωείαν; **to pip his meat**: quemadmodum illi, παίειν τ μάζαν, &c. Παίειν Græcis, ſpeciatim quoque, ferire, cædere, malè mulctare; certè & Angli, **to pay**, ſimiliter. Quòd ſi proprium eſt, non dubium quin hinc ſit. Si metaphoricum, alia ratio. Cæterùm in verbis Scholiaſtæ, pro σωλόμως, rectum fortaſſe, σωλόνως: quod vim verbi Anglici, fortaſſe & Græci, meliùs exprimat.

Πάλλω, vibro, quatio, agito: παλτὸς, vibratus: παλτὸν, jaculum, telum, tragula: ἀμφίπαλτος, qui utrinque vibratur. **to pelt**. Sed & πέλλη, ab Heſychio exponitur, λίθος, lapis. Dicunt autem Angli, **to pelt with ſtones**; lapidibus denſis impetere.

Πήγνυμι, πηγύω, πήσω, vel πήσσω: compingo: figo, defigo, depango: πηκτὸς, fixus, defixus. & **pegg**: paxillus. An & **to pitch**, defigere? niſi potiùs ex πίτνω, jacio, projicio.

Πέσσω, πέψω, (Atticè & Æolicè, pro πέπτω) coquo, concoquo: πέψαι τ ὀργὴν, concoquere iram. Cæterùm πέψιν τ ὀργὴν aut πὰς λύπας, (ut ex pluribus Homeri

Homeri locis, quas doctissimus Steph. adducit, quale illud, Ἀλλ' αἰεὶ στενάχω, καὶ κήδεα μυεία πέσσω:) dicuntur Græcis, non tantùm qui iram vel dolorem planè vincunt & profligant; sed & illi, qui intra se cohibentes, hactenus cohibent, ut foras non erumpat: qui non evomunt, sed ipsi secum, quicquid iræ aut doloris est, intus taciti versant & vorant. Unde est quòd Eustachius τὸ πέσσειν, vel πέπειν, pro κρύπτειν, vel πιέζειν, occultare, vel comprimere positum censet. Angli hoc dicunt; **to pett,** & **pettish.**

Πιέζω, premo, crucio, ango: πιέζειν φθόνῳ, premere, onerare invidiâ: propriè de oneribus, aut luctatoribus dicitur, ut Stephanus docet: **to pesster.**

Πεστίλης, verbum Homericum, pro mendico: ut, Ὡς πῆς θαρσαλέος καὶ ἀναιδὴς ἐσσὶ πεστίλης: i. e. *Quam audax & impudens es mendicus?* Unde Ulysses πεστίλης, cognominatus. Ex quo in Meridionalibus his Angliæ partibus agere me contigit, non semel miratus sum, cum identidem janua pultaretur, respondisse famulos, aliósve indigenas, *proctorem* vel *proctores* esse (**proctors**) qui

qui pultarent. Ad hoc enim, *proctorem*, pro procuratore uſurpatum audiveram; nunquam pro mendico: quod hîc familiare eſt. Fruſtra laboravi ut cauſſam hujus appellationis intelligerem, donec ad Græcas origines me contuli. Placuit fateor conjectura, & parum abfuit, quin ſolemne illud Ἕρηκα, Ἕρηκα, præ nimio gaudio mihimet acclamarẽ. Ne tamen διοχία meæ nimium confidam facit diverſa Somneri mei ſagaciſſimi conjectura; Habebant, inquiebat ille, olim Ptochotrophia (quæ vulgò *Hoſpitalia*; q. d. ξενοδοχεῖα) in Anglia ſuos Procuratores, per quos tum reditus, tum eleemoſynas ſolebant colligere. Hinc factum, ut & mendici quicunque *procuratores* vulgi ſermone nuncupati ſint. Haud improbabiliter ſanè, ſi procuratores iſti oſtiatim mendicorum more domos obibant. Cogitet Lector.

Πρόξενος, hoſpes publicus, amicus; & qui alicujus ſeu boni ſeu mali author eſt alicui: προξενίτης, proxeneta, pararius, qui eſt veluti conciliator, interpres & internuntius ad paciſcendum, ſeu ſtipulandum; **a porte**: ſi

tamen antiquum eſt, & non recentioris ætatis verbum, quod aliis à veteribus libris & memoriis inſtructioribus indagandum relinquo. Ab eodem certè, quo **prœter**, cùm pro procuratore accipitur, fonte fluxiſſe non puto.

Πυρὰ, lignorum ſtrues, ſive accenſa, ſive non accenſa, ſed ad uſum rogi propriè. Veteres Angli **peer** videntur vocaſſe ſtruem lignorum & lapidum mari oppoſitam: Unde **Dover peer**, aliáque. Struem lignorum vocant hodiéque **a pile of wood**: & ligna ſtruere, ſeu componere in acervos, **to pile up**; an ex iſto πυρὰ, mutato *r.* in *l.* ut in ſexcentis aliis: an ex πλέω, ſeu πλόω, denſo, (quod quidem de lanâ coactâ propriè dicitur; ad alia tamen interdum transfertur:) condenſo: judicet Lector. Piræum, nobilem illum & famigeratiſſimum portum Athenarum conſultò hîc prætereo, quòd alienam huic loco commemorationem ejus crederem. Longè enim aliam appellationis ejus rationem reddunt veteres Grammatici. Poſſit tamen aliquis ſuſpicari ex tam nobili portu ad alios quoque qualeſcunque ab Anglis veteribus

ribus appellationem traductam fuisse. Sed nos non tam sumus audaces.

Περάω, cujus præter. act. πέπρακα: medium, πέπραμαι, &c.) inter alia, *tracto, administro*, pararii seu proxenetæ munere fungor: transigo pro aliquo: ut πράτην χάριν: πράτην Φιλίππῳ, &c. Anglis, **a broker**, proxeneta, pararius. Est & πράτω (pro πράω, vel πιπράσκω) ex quo præterita, πέπρακα, *vendidi*: πεπρακέναι, *vendidisse*, &c. quomodo & Anglicum **broker** etiam pro institore seu propolâ sumitur.

Πράττειν, agere: unde Angli, ni fallor, **to prate**, pro nugari, fabulari, garrire. In omnibus enim linguis ista confunduntur: facta cum verbis & sermone. Ut Lat. *res*, ex Græco ῥῆσις, &c. Sed nec ἔπω, *operor, ago*; & ἔπω, *dico*, aliter quàm solo differunt spiritu.

Πρᾶξις, actio, factum. Angl. **prank**, actio, facinus; **a lewd prank**, malum facinus. Hinc quoque τὸ **prapse**, ut ego conjicio, quòd omnis, ut vulgò dicitur, virtutis laus in actione consistat. Certè, ut plurimùm, sua aut aliorum facta narrant, qui se aut alios laudant. Possimus alioquin ex φράζειν, admo-

nere, exhortari: (laudare autem & admonere quàm ſint affinia, docet vulgatum illud diſtichum, *Qui monet ut facias, quod jam facis*, &c.) vel προσαιλεῖν, *adulari, paraſitare*: ſed illud tamen ego magis probo, quod prius.

Πεῖνα, fames; πεινάω, eſurio, careo, deſidero, indigeo; **to pyne**. Apud Ariſtotel. dicitur quidam, πεινεῖν ὅτι μὴ τυραννεῖ. Anglicè, **to pyne after a Kingdome.**

Παραβάλλομαι, audaciâ præcipiti projectáque periculum adeo; periclitor: παράβολος, audax, temerarius; παράβολον ἔργον, audax facinus. Hinc *parabolani*, in hiſtoria Eccleſiaſtica, alibíque, de quibus tum Scaliger alicubi, ſi benè memini; tum b. m. parens fusè. Angli, contractè, **bold**, audax; **boldly**, audaciter. Veniebat in mentem & τὸ **parleſſe**; nec dubitarem ſi veram illam ſcripturam conſtaret, ac non **peerleſſe** potiùs ſcribendum eſſet.

Πλύνειν, lavare, eluere; **to plunge.**

Πάω, πάομαι, πάσασθαι: guſtare, veſci, ſaturari. (Hinc ἄπαστος, jejunus: ἀπασία, inedia: de quibus ſuprà, ſuo loco.) **to feed & fodder.** Nec oblitus ſum tamen

tamen quid in ἀφιδῶς dictum ſit. Sed varia (cùm ſe offerunt) proponendo, id ago, ut alii ampliùs cogitent, & quod ſolidiſſimum judicabunt, amplectantur. Cæterùm, ex hoc πάω, eſt nomen πῶϋ, grex; πῶϋ & πώεα ὄιων, apud Homerum: & hinc fortaſſe, inſerto (de quo jam ſuprà non ſemel) *l.* **a flock.**

Πέρδειν, pedere: **to f.**

Παρφιολίζειν, (ut & ſimplex ἀιολίζειν) decipere; fraudulenter & dolosè agere; **to purlovne.** Quòd ſi de laniis, ut aſſerunt quidam, id propriè dicatur, tunc alia ratio. Sed fortaſſe mera tantùm conjectura fuerit iſta illorum aſſertio.

Περαλὴς, περπελὴς, περόχθος, Heſychio: qui prompto aut præcipiti eſt ingenio: qui promptè aut præcipitanter aliquid agit, aut aggreditur. Hinc fortaſſe **to prole**, & **a proleur**, potiùs quàm ex ἐμπολέω.

Πίερον, (quaſi πτερὸν, ut docet Etymologicum:) ala, penna, pluma; **a feather**: Item, πίερον, volucris, apud Homerum, **a bird.** Eliditur τὸ τ. ut in πέρνα, *perna*, &c.

P

Ρηγνυμι, ῥηγνύειν, ῥήσσειν : rumpere, lacerare ; **to rend.**

Ῥῆσσω, pannus tinctus : lodix : vestis stragula : Homero. **a rugge.**

Ῥώψ, virgultum, plurali (quod magis usitatum :) ῥῶπες, virgulta ; ἱμαντώδη φυλλὰ ; ait Eustathius ; plantæ ex quibus lora confici solita. Sæpiùs hoc inculcat Eustathius, quia apud Homerum (præter quem vix alius habet) eâ plerumque notione verbum occurrit, ut vel funem , vel materiam funis denotet. Adscribam unum de multis locum , cum Eustathii explicatione, ut tanto magis, quod satis inculcari non potest, appareat, quàm Homero multum debeat Anglica lingua ; sed & Homerus veteribus Anglis , qui tot ejus vocabula apud Græcos ipsos antiquata, sua faciendo conservaverint. Homerus igitur Odyss. κ. sive X. ubi inducit Ulyssem de cervo ingentis magnitudinis à se transfixo & occiso narrantem, inter alia de fune ab eo contexto, quo cervum ligatum gestare posset, hæc habet verba ;

——φυλὰς

——— αὐλὰρ ἐγὼ ἀπασάμην ῥῶπάς τε λύγους τε
Πεῖσμα δ' ὅσον τ' ὄργυιαν ἐϋστρεφὲς ἀμφοτέρωθεν
Πλεξάμενος, σφυρὰ δῆσα πόδας δεινοῖο πελώρου.

id eſt, *Caterùm ego avulſi virgultáque vimináque, Funéque ad ulnæ longitudinem bene torto undique complicato colligavi pedes ingentis monſtri:* ubi Euſtathius, (cujus verba Stephanus etiam ſuper hoc verbo citat) ῥῶπες inquit, φυλὰ ἰμαντώδη, καὶ ἔπως δὲ λύγισα, ὡς καὶ πεῖσμα (ὅ ὅτι χοινίον) ἐξ αὐλῶν στρέφεσθαι ἦσαν καλώδεσς: id eſt, ῥῶπες, plantæ, vel frutices inſtar lori tam flexibiles & ſequaces (ſeu vitiles) ut etiam πεῖσμα (quod propriè funem majorem ſeu nauticum ſignificat:) ex illis torqueri ſeu neri poſſit. Hactenus ille. Angli ſine ulla mutatione hodiéque **ropes**, funes, vocant. De voce σκόφ, ex qua Anglicum verbum quibuſdam placuit arceſſere, vide ſuo loco, in σκόφ.

Ραικὸς, curvus, inflexus, retortus: ῥαμβὸς, idem. Anglis, **awry**, incurvum, inflexum. Dubito tamen, propter Belgicum **aver-recht**; vel **over-recht**; contrarius

trarius recto, præpoſterus, ſiniſter. Angli ſcriberent **over-right.** Sed non videntur eadem eſſe verba.

Ῥαſτὰ, præceps, impetuoſus: ῥάſτω, abruptè, præcipitanter; **raſh, raſhly.**

Ῥυτὴρ; (& ῥυτὰ plur. à ῥύω, traho:) habena, lorum fræni, frænū. Angl. clavus, ſeu gubernaculum navis, quòd navi habenæ uſum præbet, **a rudder.** Jam pro ῥυτὴρ, Æoles dixere βρυτὴρ, (quod in aliis quoque illis ſolemne; ſed de hoc peculiariter à Grammaticis notatum:) unde Anglicum, **a bridle,** frænum. De verbis **rhæda** (quod Germanicum, ſeu Gallicum fuiſſe notum eſt) & hodierno, **to ride,** ab hâc, an ſecùs, origine, aliàs quæremus.

Ῥῦμα, tractus, intervallum loci, diſtantia: ῥύμη, vicus; ſeu liberum illud inter ædificia ſpatium ad ultro citrôq; commeantium uſum, quod vulgò *Stratas* dicimus: ῥυμοτομέω, per vicos partior, aut ſeco. Anglicè, **roome,** ſpatium loci liberum: loca in ædificiis diſtincta.

Ῥύαξ, Æolicè, βρύαξ, rivus; **a brook.** Vide ſuprà in βρύω.

Ῥάκος, Æolicè βράκος, lacera veſtis,

ſtis, &c. ſimili ratione, ex ῥήγνυμι, ῥῆξαι, ῥῆγμα, ῥῆξις, ῥαγὰς; rumpi, rumpere, ruptura, fiſſura, &c. fecerunt Angli, **to break, a breach**, &c.

Ῥάμνος, rhamnus, ſpinoſus frutex. Spina alba, quibuſdam: rubus, ſecundum alios. Anglis, præpoſito ut in ſuperioribus, *b.* **a bramble.** Ita & βρᾶδιον, βρόδον, βείζη, pro ῥᾴδιον, ῥόδον, ῥίζα, & alia plurima, quæ à Grammaticis notata. Inde & ὄλκη, pondus, vis, **a bulk**: & Gall. *blanck*, ex λᾰ́κκος, albus.

Ῥῆμα, dictum, ſententia, oraculum: ῥητὸς, de quo certis verbis convenit: certâ verborum formulâ comprehenſus: præfinitus, conſtitutus, certus: μισθῷ ὡρισμένῳ, pactâ, conſtitutâ mercede: ὡρισμένοις, certis conditionibus: ῥητοὶ νόμοι, ſcriptæ leges: apud Philo. Judæum, ut ibi interpres. Philonis verba: Εἰσὶ γάρ τινες οἱ τοὺς ῥητοὺς νόμους σύμβολα νοητῶν πραγμάτων ὑπολαμβάνοντες, &c. Interpres *Sunt enim quidam, qui dum putant ſcriptas leges eſſe figuras intelligibilium*, &c. Hinc igitur Angl. **to write**, ſcribere. Porrò, etſi aliud per ſe ſcribere, aliud dicere; quàm vulgò tamen iſta in diverſis idiomatibus confundantur,

dantur, fidem faciunt, λέϝω, (dico:) Græcum; ex quo Latinum *lego*; alio ſenſu: **leſen**, Germ. legere; **liſten**, Anglicum, auſcultare: **reden**, Belgicum, loqui: **read**, Anglicum, legere: & id genus alia.

Ῥέθος, membrum, quævis pars corporis. Sed peculiariter, & κατ' ἐξοχὴν, τὸ πρόσωπον, facies, vultus. Et hinc credibile eſt Anglicum **wrath**: (nam τὸ **w**, ſæpe vacat initio: ut nunc **whore**, quod olim **hure**; nunc **whole**, quod olim **hole**, &c.) pro ira, manaſſe: ut & Hebræis אף & plurali, אפים, tum vultum (πρόσωπον) tum iram ſignificant. Rationem docent Hebræi Lexicographi, nec cuiquam valdè difficilis ad divinandum.

Ῥάσσειν, (pro ἀράσσειν) illidere, collidere; **to wrack**: unde **thy wrack**; alliſio navis, naufragium. Ut & ab ἀράσσειν, ſeu ἀράττειν, pro convitiis impetere, **to rate**: de quo ſuo loco.

Ῥέειν, ῥεῖν, currere: de aquæ curſu propriè. Unde & ῥέθος, ῥοὴ, ῥόος, fluxus, flumen, fluentum: **to run**, currere; **rey**, olim, flumen: unde **ſouthrey**, &c.

Ῥινὸς, pellis, cutis, corium. Anglis, **rine**,

rine, cortex. Est enim cortex, arboribus ; quod corium, animalibus.

Ῥέπω, vergo, inclino. De maturis frugibus & segetibus propriè, quorum maturitatis indicium est cum vergunt & propendent. Hinc Anglicum, **ripe**, maturus. Vide suprà in δρυπετὴς.

Ῥέμβειν, & ῥόμβος : de his suprà.

Ῥάχις, ῥαχία, ῥαχίτης : de his etiam suprà.

Σ

Σπεῖρος, funiculus, è loro aut cannabe aliáve materiâ tortus, seu plexus. Ita Stephanus. Hesych. σωεσεγμένος λῶρος, ἢ χοινίον. ut non sine caussa suspicatus sit vir ille doctus, quem Cambdenum plerique suspicantur, in collectione verborum, quam huic nostræ præmisimus, Anglicum, **rope**, ex Græco fluxisse. Nam literarum σ. initio labilium, aut ascititiarum exempla prius habuimus : quale ῥόμβος, σεῖσμος : aliáque. π. & φ. sunt cognatæ literæ, nec usu tantùm, sed proprio quodam jure & lege naturæ suæ permutabiles. Nobis tamen ex ῥῶπες origo probabilior visa est, ubi nulla omnino literarum

terarum mutatio intervenit, & significatio optimè conveniat, cùm in omnibus linguis sit receptissimum, ut opera qualiacunque ex suâ materiâ nominentur. Simillimum hoc, quod in mentem nunc venit. οἶσυ, Græcis salix: φυλὸν ἱμαντῶδες, ait Eustathius, (cujus verba etiam apud Etymologicum:) ἡ ἁπαλὸν, &c. planè ut antea in ῥῶπες. Hinc οἶσοι, vel οἰσοὶ, γένυ χοινίκι (genus funis:) & οἶσα, funes nautici, retinaculæ. Judicet lector, & quod maluerit, amplectatur.

Σβόφιον, σφιγγύλον ζωνάριον, rotunda, seu teres Zona. sumitur etiam pro fasciis quibusdam tum capitalibus, tum pectoralibus. Hinc ducerem **ruffe**, pro colli qualicunque ornamento, quod ipsum cingat. Certè fasciis collum cingere, non nautis tantùm, sed populis multis hodiéque solemne. Sed de antiquitate verbi dubito; quod si recens est, illis assentior, ex Belgico **ruyffelen** (à quo non multum abit Anglicum **ruffle**:) rugare, corrugare, repetentibus.

Σβυνὴς, asper, acutus: σφυνὲς βοᾶν, vel φωνὴν ζαυ, asperè clamare. σφυνὲς βρέμειν,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [344] - 332
PUBLIC DOMAIN

μειν, immaniter, vel immani ſono reſonare: σηνόφωνοι, qui aſperâ voce. Apud Etymologicum τὸ σηνὸν, exponitur τὸ ὀξὺ καὶ ἀναλελαμμένον, (ut Stephanus rectè corrigit, pro ἀναπεπλάμμον; quod apud Heſych. ἀναλελασμένον:) acutum & contentum: ſeu nimiâ contentione peccans. Anglis, **a ſtrained voice**, & **to ſtraine his voice**; vox contenta; & vocem contendere. Ex nimia autem contentione, accidit τὸ βαρὺ καὶ πεφλαυλες τῇ ἀκοῇ, aſperitas illa vocis aures offendens, ſive auribus odioſa; ut apud Etymologicum. A voce, ad alia apud Anglos, verbum tranſiit, ad indicandum ſeu animi vitium, ſeu corporis contentionem. At τὸ **ſtraine**, quod percolare ſignificat, ab aliâ dubio procul origine. ex Gallico ſcil. *eſtraindre*, vel *eſtraigner*: quæ ex Latino, ſtringere: quibus quamvis inſit aliqua contentionis, ſeu nixus ſignificatio; in alio tamen illa contentio genere, & ab illâ longè diverſa, quæ voci propriè competit.

Σλύφω, adſtringo, (de cibis ut plurimùm Græci:) Item ſpiſſo, condenſo. Angl. **to ſtifle**, adſtringere ad ſuffocationem. Item **to ſtuffe**, denſare, conſtipare.

Σλυφελὸς,

Σλυφελὸς, durus, aſper; **tuff.**

Σλυφελίζω, duriter, aſperéque tracto, &c. Item ὑβείζω, maledictis, aut convitiis inceſſo: ὀνείδεσι συφελίζειν: συφελισμὸς, contumelia, ὕβεις. Anglis **to flowt**, ſubſannare, deridere: **a flowt**, ſarcaſmus, convitium: de quo plura in φαῦλος. Iiſdem **to ſcuffle**, rixari, verbis contendere. Idem συφελίζω, diſpello, diſcutio, disjicio: deturbo, depello: συφελισμὸς, cùm quis injurioſè loco ſuo deturbatur: **to ſhuffle**, loco movere, miſcere, deturbare: **ſhuffling**, verbale.

Σλείβω, calco; terram ſcil. vel viam, enndo, & ambulando: σείβειν ὁδὸν dicitur, qui graditur, & viam pedibus calcat, ſeu terit: σειπτὸς & σιπτὸς, calcatus, tritus: ἀσιβὴς, non calcatus, ἄβατος: ἐυσιβὴς, bene calcatus, tritus. Σλίβος, via, callis, veſtigium, ſignum pedis. **to ſtep**, incedere: **a ſtep**, veſtigium pedis; ſynonymum, **to tread**, ex Latino, terere, calcare.

Σλείχω, eo, incedo; propriè, ut quidam volunt, ordine quaſi militari procedo; **to ſtalke.**

Σκεδάω, σκεδάζω, (quod etiam κεδάω, κεδάζω) σκεδάννυμι, diſſipo, diſpergo.

De

De hominibus (ſparſis, diſperſis, diſpalatis) ut plurimùm uſurpatur: **to ſcatter.** Sed & **to ſhed**, effundere, ni fallor.

Σκῶϛ. ſt. **to ſcorne.**

Σκαλὸν, idem. **to - - -**

Σφαδάζω, de eo propriè dicitur, qui quacunque de cauſſâ, ſeu lætâ, ſive triſti, ſtare neſciens præ nimiâ impatientiâ, terram pulſat & ferit pedibus. De equis ut plurimùm uſurpatur: ſed & de hominibus cum morte colluctantibus, & jamjam expiraturis. Anglis, **to fade**, marceſcere, occidere: de floribus, ut plurimùm: ſed & ad alia quoque ſatis familiari tranſlatione. De equis autem **foundered** cùm dicunt, vitium pedum intelligunt, quo qui laborant equi, præ ungularum teneritudine, ſive mollitie, ſi per aſpera & dura incedunt, frequenter impingunt.

Σφριγάω, turgeo; item vegetus ſum, & corpore benè habito, ut qui in flore ſunt ætatis: σφριγῶϛ δ ἡλικίας, florente & geſtiente ætate. Anglicè, **to be friſck**, (quod etiam **briſck**:) quod etſi Gallicum quoque ſit, non tamen omittendum putavi, partim quòd non conſtaret an ab illis acceptum ſit; partim, quòd

quod cum σφαδάζω conjunctum, alterum alterius confirmet originem.

Σέλεχος, truncus, caudex. Anglicè **ſtalke**, caulis, ſcapus, thyrſus. Caulis & caudex, ſi naturam ſpectes, eadem res; & una à Theophraſto definitione comprehenduntur; τὸ ὑπὲρ γῆς πεφυκὸς ὑφ' ἕν: (de caule loquitur:) ὁ δὴ τῇ δένδρων καλεῖ σέλεχος. *Quod ex radice ſupra terram eminet in uno continuo & ſingulari corpore:* (ita ego illud ὑφ' ἓν interpretor. Sed inſpicient Theophraſtum quibus licet, & vacat; nos enim ex Stephano iſta tranſcribimus:) *quod in arboribus vocatur* σέλεχος.

Σῆμα, ſtamen. Sed & de plantâ dicitur, ἡ δὴ φυτῶν πάθος, ait Heſychius. ſed quo ſenſu, divinare oportet, cùm nulla quod ſciam ullibi quæ doceant exempla. Succurrat Anglica lingua, quæ **ſtemme**, caulem hodiéque vulgò nuncupat.

Σπαθᾶν, texere. Angl. **to ſpin**, nere: quæ quamvis diverſa, ſunt tamen affinia, & muliebris utrumque muneris & artificii. Confundì interdum vel illud doceat, quòd aranea Latinis texere dicitur: unde & araneæ tela: Anglis, **to ſpin**;

ſpin; unde & **a ſpinner**, aranea. Præterea, cùm alia ſimilia artificiorum vocabula, **to weave, to knit, cloath**, &c. ſint Græca, probabile hoc quoque ejuſdem eſſe proſapiæ. Sed & σφόνδυλος (ſeu σφόνδυλος) pars fuſi, quam verticillum quidam nominant; Græcis: & Anglis, **ſpindel**, fuſus.

Σπαδάω, & σπαλαλάω, inter alia σκορπίζειν, diſſipare: unde **to ſpatter**, ductum videri poſſit: ſed ego potiùs ex σπαλίλη, quod ὑγρὸν διαχώρημα, liquidum excrementum, exponitur: & ὅπερ τῆς διαῤῥοίας à medicis uſurpari notatur, ortum crediderim.

Σπάθη, rudes, rudicula: ſpatha, ſpathula: inſtrumentũ pharmacopolæ, &c. Hinc fortè, **ſpoone**, cochleare; non idem planè, ſed valdè affine inſtrumentum.

Σπαθαμὴ, dodrans, ſpithama: **a ſpan.** Non dubito multis, ut propiorem, arriſuram Gallicam originem, ut *ſpan*, ſit ab *eſpan*; & *eſpan*, ab *eſpandre*, expandere. Sed aut ego valdè fallor, aut longè antiquior apud Germanos Anglóſve, vox **ſpan** (hodiernis Belgis, **ſpanne**; Germanis, ut apud Kylianum

reperio, ſpan) quàm eſt Gal. illud *eſpandre*, à Latino, pandere, vel expandere. Jam ϝ ϑ in medio abſorpti, vel inſerti, (ne quis imprudens hîc offendat) exempla ſatis obvia: ut καθέδρα, (cathedra) *une chaire*. ἕϑλον, Doricè, ἕσλον. ἄϑμα, Ital. *aſma*. μαλακὸς, μαλθακὸς, &c. Et quantum quæſo *th.* diſtat à *d.* quod Galli in innumeris ferè Latinis abjiciunt, ut *fier, louer*, &c. fidere, laudare, &c. Sed & inſerunt in quibuſdam, ut generare, gener, tener, &c. *engendrer, gendre, tendre*, &c.

Σλίζειν, στίξαι, pungere, figere, ſignare, notare; **to ſtick**. Eupolis apud Pollucem, Ἐγὼ στίξω σε βελόναις τρισί: **I will ſtick thee with three needles.**

Σλίσμα, nota, quâ aliquis eſt compunctus, vel inuſtus, &c. Et στιγμαλίζω, notas inuro, compungo. Angl. **a ſting**, ſtimulus, ſpiculum: **to ſting**, pungere. De apibus, ut plurimùm.

Σπεύδω, feſtino, propero; **to ſpeed**, (or, make haſte) & ſpeed: celeritas, feſtinatio.

Σπέυδω, (pro quo olim σπεύδω dicebant, unde remanſit futurũ σπεύσω, &c. quomodo autem pro σπεύδω primitivo factum

factum ſit σπένδω, fuſè docet Etymologicum in ἄρσην & ἐναίσιμος:) libo, ſacrifico. Hinc Anglicum, ni fallor, **to ſpeed**, pro proſperari, eventu bono uti: quòd veteres illi Græci, nihil ferè quod alicujus eſſet momenti aggrederentur, quin Deos, ut fœliciter eveniret, aliquo priùs ſacrificio placaſſent. Ex ſimili ratione, *litare*, Latinis; & *auſpicari*, aliáque apud alios haud pauca. Sed & **to ſpend**, expendere, impendere, ex ſacrificiorum conſuetudine proceſſit. Tunc enim tempus ſumptuum, (& raro aliàs: quod etiam ex divinâ ſcripturâ, non uno loco, diſcimus:) cùm rem divinam facerent. Hinc illud Comici, *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris.* Item, *Quos in divinis rebus ſumas ſumptus, ſapienti lucro eſt.* Hinc etiam ex ἑστιᾶν, quod eſt epulari, convivio excipere, Latinum *feſtum*, & *feſtus dies*, pro die ſacro: & contrà, Anglicum, (vel Gallicum potiùs) **feaſt**, & **feaſting**, pro convivio, ex Latino, feſtum, pro die ſacro. Simili ratione, quia nulla ferè apud veteres illos fœdera, aut pacta, ſine alicujus oblationis aut libationis ſolemnitate,

hinc factum ut ipsum σπένδω, quod propriè *libare* significat, pro paciſci & fœdus percutere non minùs raro usurparetur. Unde & Latinum *ſpondeo*. Sed & *delibare* Latinum, pro minuere (quod ab Anglici verbi ſignificatione non procul abit:) ex ſacrificiorum conſuetudine. Ex quibus & infinita alia, ut *Eximius*, *egregius*, &c. paulò attentioribus obvia. Hæc eò pluribus, ob viciniam Latini *pendo*, *expendo*, *impendo*: (unde & Italicum *ſpendere:*) ex quibus ſi quis malit Anglicum verbum repetere, ego non vehementiùs obluctabor. Mihi aliter videbatur: & quod olim de ſe magnus Hippocrates; Οἵσι δ' λόγοισι ἐμαυτὸν ἔπεισα, τοῖσι αὐτοῖσι καὶ τοῦτο ἀκούσας πείσθην πρέζομαι: ita nos; quibus rationibus inducti ſumus ut aliter crederemus, eas lectori candidè impertiendas cenſuimus.

Σλιβὰς, (quod etiam σοιβὰς) torus, culcitra, &c. etiam ramus ex arbore exciſus, ut Marci XI. 8. **a ſtubb**: ſtipes, truncus, &c. olim **ſtybbe**. Ex Latino *ſtipes* malint aliqui fortaſſe. Sed cur non tam hoc ex Græco (ex quo & Latinum verbum:) quàm proximum

ſtump:

ſtump: aut quod paulò ſuprà, **ſtalke**; & **ſtemme**?

Στύμθ, στέλεχθ, κορμὸς, Heſychio, i.e. truncus; **a ſtump.**

Σμώϑω, (vel σμήχω: de utroque conſulendus author Etymologici, in σμώδιξ: nam in Stephano non reperio:) παλάσσω, verbero, cædo; **to ſmight.**

Στύω, tentigine laboro: unde & στύμα, στυλικὸς, & ἄστυλθ, quæ à b. m. parente in Animadverſ. in Athenæum explicantur: nam fruſtra alibi quæres. Anglis, **ſtewes**, lupanar: quod quidam ex **ſtew**, vel **ſtove**, quod thermas ſignificat, deducunt: quod aliàs quamvis non improbabile, eò magis mihi ſuſpectum eſt, quòd in nulla linguarum, quibus levi diſcrimine, poſterius hoc in uſu, (*eſtuve, ſtufa, eſtufa*, **ſtuh, ſtove**,) prioris illius ſignificationis veſtigium ullum reperiam. Quòd autem **ſtewes** pro thermis, ex σαθάω, foveo, calefacio, tanquam verbo Græco repetunt; cum nullibi niſi apud Heſychium reperiatur, probabilius eſt ex Anglico natum, quàm Anglicum ex illo; nec ab Heſychio ut genuinum Græcum afferri, ſed ut verbum peregrinum explicari.

Eſt autem **to ſtew**, Anglis, carnem inter duas patinas lento igne elixare. Tanto magis id dicamus, ſi Heſychium ipſum adeamus, cujus hæc verba: Σταθεῦσαι, τὸ τῷ πυελ ἡσυχῇ χλιᾶναι κρέας, ἢ τὸ ὀπτῆσαι. Σταθμὸς, πεφλογισμένον ῥέμμα. Quis non dicat Heſychium Anglica (**to ſtew**, & **ſtewed meat**) in animo habuiſſe cùm iſta ſcriberet? Poteſt tamen aliter res habere, ut genuinum Græcum fuerit iſtud σταθμὸς, ſed dudum antiquatum apud Græcos, quod apud Anglos cum plurimis aliis (ut Plutarchus in ſimili re loquitur,) exulaverit. Hoc addam, ſi analogia ſpectetur, probabilius eſſe **ſtewes**, ex σταθμὴν (abſorpto, ut in pluribus aliis, de quibus ſuprà, medio θ.) per contractionem; quàm σταθμὴν ex **ſtewes** ortum eſſe.

Στρουθὸς, & στρουθὸς (quod uſitatius) paſſer. Etiam ſtruthio (aliàs στρουθοκάμηλος dictus) avis omnium maxima, & proceriſſima. Hinc Græcis στρουθόποδες, pedes habens amplos, & longos; ut vulgò interpretantur. Sed & illi fortaſſe ſic dicti, qui inceſſu ſtruthionem quaſi imitantur. Hoc certum eſt, quæ majora ſolitis eſſent, στρόθια nuncupa-

ta:

ta: unde στέθεα μῆλα, id est, majora. Anglis, **to strowt out**; inflari, turgere. Et de illis ut plurimùm usurpant, qui affectato cultu & incessu *longos*, ut Horatius ipse de se alicubi, id est, opulentiores, & beatiores, supra fortunæ suæ conditionisque modulum, libenter imitantur.

Στοαὶ, porticus; & de variis locis usurpabatur: στοαὶ dicebantur etiam loca, in quibus frumentum recondebatur: τὰ ταμεῖα ἐν οἷς ὁ σῖτος, inquit Aristophanis, Stephano laudatus, Scholiastes: id est, horrea. Anglis veteribus, **stow**, locus: **stowung**, collocatio, dispositio, in loco: ut Versteganus observat. Hodie, **to be-stow**, collocare, (ut cum de collocatione liberorum, **He hath bestowed her or him**, &c. aut proprii temporis & otii collocatione, **how to bestow**, &c.) Item, largiri, q.d. de proprio penu, & peculio: **to bestow upon one**, &c.) **Stoadge**, pabulum reconditum propriè: sed ad alia sæpe, quæ recondita servantur, transfertur. **Steward**, fortasse, quasi **stoward**, dispensator, custos, vel (ut alicubi Plautus) procurator peni, promus condus,

ταμιεῖχος. **Store**, vel ut alii, **ſtoare**, quamvis affinia ; ab alia tamen origine.

Σλερέω, privo, &c. **to ſtarve**. Sed & **to ſteale**, furari ; *r.* in *l.* mutato, de quo ſuprà.

Σλέλλω, comprimo ; **to ſtill**.

Σλπείζω, ſtatuo firmiter, figo : σπείζομαι, fulcior, ſtabilior, &c. Angl. **ſtarke**, rigidus, immotus : ut, **ſtarke-dead**. **Strong**, fortis, robuſtus, firmus, benè ſtabilitus & fultus : ἐσπειρμένος ἐν τῇ ἀληθείᾳ, (II. Pet. 1.) **ſtrong in the faith**. Si quis malit τὸ **ſtrong** ex σερρὸς, firmus, validus, &c. repetere, non valdè repugnabo : quanquam illud verius putem.

Σλιφὲς, firmus, validus, rigidus. Hinc **ſtiff** ; niſi ex ἀσεμφὴς, de quo ſuprà.

Σλιβαρὸς, gravis, firmus, robuſtus, validus : σιβαροὶ βραχίονες, & ἀυχὴν σιβαρὸς apud Homerum. **ſtubborne**, contumax. **ſturdy**, robuſtus.

Σλοργὴ, naturalis amor, qualis parentum erga filios, aut filiorum erga parentes. **a ſtorck**, ciconia. Græcis, πέλαργος, (unde ἀνλιπελαργεῖν :) & Hebræis, חסידה à חסד miſericordia, ob eàndem rationem : ut jam multis obſervatum.

Σκύβαλον,

Σκύβαλον, ſtercus; ut apud Apoſtolum Philip. III. veteres & recentiores interpretes. Nec malè. Sæpè enim ita uſurpatur, ut τὸ διὰ τῶν ἐντέρων ἐκδιδόμενον, quod ex ventre excernitur, qualecunque ſit, ſignificet: ut & author Etymologici explicat. Eſt alioquin σκύβαλον non enim abs re Chriſtiani lectoris, aut à profeſſione meâ alienum, verbi Apoſtolici quod ſe nobis obtulit, & ab aliis ſatis jejunè tractatum reperio, explicationi aliquamdiu immorari:) omne in genere rejectamentum, retrimentum, purgamentum: omne (ut apud Plutarchum, qui lanam, ungues, capillos, inter σκύβαλα enumerat) ἀφείπωμα. Unde apud Etymologicum τὰ ἀποβρέμματα (furfures tritici: vulgò **bran**: ídque ex Græco, βρέμμα, ἀπόβρεμμα: ſed ad Anglos, à Gallis an Græcis; vetus id eſt, an novum, non ſcio:) σκύβαλα τῶν πυρῶν exponuntur. Cæterùm, ſi verbi etymologia ſpectetur, quicquid ob vilitatem canibus objicitur, aut canibus propriè competit, id eſt propriè σκύβαλον, quaſi κυσὶ βαλλόμενον, ut ab eodem docemur Etymologici Magni authore. Hinc micæ, & alia quæcunq;

quæcunque epularum rejectanea quæ ſeu à canibus, ſeu ab aliis quibuſcunque colliguntur, σκύβαλα quoque dicuntur. In collectione Græcorum Epigrammatum (quæ vulgò Ανθολογία, &c.) duo lepidiſſima ſunt & venuſtiſſima, non eodem tantùm capite, ſed & ordine proxima ſibi, & cohærentia Epigrammata, in quibus vox iſta eo ſenſu occurrit. In priore præparcus quidam alloquitur mures, quos jubet ex ædibus ſuis faceſſere, ut nihil quo tueri ſe poſſint inventuros. Se enim αὐλάρκαν à parentibus doctum, frugi hominem eſſe, &c.

Τῷ τι μελαλλάϊς τῦτον μυχὸν, ὦ φιλόλιχνε,
Οὐδ' ἀποδρηπεὶς γαστρὶ σκυβάλου.

Proximum, ejuſdem cujus prius argumenti; niſi quod de libris non arrodendis, ut qui etiam muribus devorati, ne dum hominibus lecti, nauſeam movere poſſint, lepida cautio additur. Sed vox σκύβαλον in iſtis:

Οὔ τι πίονα τυρὸν ἀποδρέψεαι τι ἄυλιν
Ἰχαδα, τι δεῖπνον συχνὸν ἀπὸ σκυβάλων.

Phocylides

Phocylides, poëta diſertiſſimus & puriſſimus: Μηδ' ἄλλου ποθὲν δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης, id eſt, *Neque ex aliena menſa micas velut canis aſſecteris.* Ex hoc uſu verbi σκύβαλον non dubito quin **to ſcamble** (quod alioquin etiam ex σκύμνος catulus, cujuſcunque ſit animalis, duci poſſet:) & **ſcamblingly**: quod de canibus propriè dicitur objectas offas avidè & cum mutuo conflictu diripientibus. Sed & **ſquimble ſquamble** quoque id dicunt. In accuratiſſimo & laudatiſſimo Gallico-Anglico Lexico, quod Cotgravii nomen præfert, ita reperio: [**Griffe graſſe. By booke or by crooke: ſquimble ſquamble: ſcamblingly: catch that catch may.**] Hinc quoque fortaſſe & **to ſquable**, rixari, contendere cum clamore; quod eſcæ cauſâ pauperes inter & egenos ſæpè contingit.

Σφάδομαι, quaſi σφαγάδομαι, id eſt, (propriè) paulatim & veluti κατὰ σφάγα, id eſt, guttatim deficio: tabeſco, conſumor: **to ſtruggle.** Homerus, Ιλ. ο'.

Βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἑνὶ χρόνῳ, ἠὲ βιῶναι,
Ἢ δηΐων σφάδεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊότητι.

id eſt, *Melius aut perire uno tempore*

(at

(at once; vel **once for all**) *aut vivere,* (victores scilicet, si ita contingat, extra metum, & periculum:) *Quàm diu luctari,* (& paulatim consumi) *in gravi pugnâ.* Hoc Angli dicerent, **to struggle long.** Hinc etiam **to strive,** niti, eniti, propriè: & inde, contendere.

Σλδ́ω, σλδ́ομαι: promitto, firmo, præ me fero, jacto. Ita vulgatiora Lexica: nam apud Stephanum (quod mirum:) neque in Indice, nec alibi reperio. Est autem verbum Homero usitatissimum. Inter alios, locus hic notabilis:

Ἴχεσθ' Ἀργεῖοι, μὴ βάλλετε κῦρι Ἀχαιῶν:
Σλεῦται γάρ πέπος ἐρέθειν χορυθαίολος Ἕκτωρ.

sunt Agamemnonis de Hectore Paridis ad Græcos mandata ferente, verba. Longâ opus est periphrasi, ut vis verbi σεῦται exprimatur. Id enim vult, Hectorem præ se ferre speciem locuturi. Sed inest præterea huic verbo θρασύμαλος, (ita vocant Græci quandam præfidentis animi oríſque pro re natâ præsentiam & audaciam: ex eodem quo σεύομαι illud fonte:) & confidentiæ significatio; ut si uno verbo utendum sit, non aliud Latinum meliùs respondeat huic loco, quàm *minatur:* (quomodo Horatius,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [360] - 348
PUBLIC DOMAIN

ratius, *Atqui vultus erat, pulchra & præclara minantis*; alibíque: unde & Gallicum *mine* pro vultu & exteriore ſpecie:) *Hector minatur*, (id eſt, ipſâ præfidentis oris ſpecie promittit) *ſe aliquid locuturum*. In aliis locis Homericis ubi idem verbum occurrit, non eadem difficultas, quòd manifeſtior in illis jactantiæ & confidentiæ indicatio: ut cum de eodem Hectore ait,

Σλεῦτο γὰρ νηῶν ἀποκώψειν ἄκρα κόρυμβα
Αὐλὰς δ' ἐμφήσειν μαλερῷ πυρί, &c.

Et Ιλ. β'. Σλεῦτο γὰρ ἀΐχμηθ νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐλαὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν κῆρες Διὸς αἰγιόχοιο.

Et Ιλ. φ'. Σλεῦτο δ' ὅγ' ἀμφοτέρων ἀποκοψέμεν ἔγχεα χαλκῷ.

In his & ſimilibus, de apertâ jactatione, & inſolentiore gloriatione verbum uſurpatur. Hinc Angli finxerunt ſuum **ſtout**, quo hominem audacem & præfidentem indicant.

Σρόμβθ, turbo, trochus: Etiam συρφὴ ἀνέμων, vertex, turbo, procella, (aliter, σρόβιλθ) a ſtorme.

Σχισὸς,

Σχισὸς, inter alia, genus vestis interioris: χιλὼν σχισὸς, & σχισὸς χιλωνίσκος: & simpliciter, σχισαὶ, interulæ, ex sciſſurâ vel inciſurâ sic dictæ: a **shirt**.

Σάγαεις vel σάγγαεις, gladius Persicus, securis: σάγαεις λυσιφλεβὸς, scalprum chirurgicum (ut Celsus appellat:) quo venæ aperiuntur. Vox origine Scythica, sed Græcis satis familiaris. Cujus vestigia in Saxon. verbo **seares**; de quo verbo plura dicemus in postremâ parte.

Σλύλος, columna, cui ædificium aliúdve innititur; a **stoole**.

Σλεῖρα, sterilis, βῶς σεῖρα, apud Homerum, vacca. Anglis, a **steere**, juvencus: ob castrationem sterilis scil. & tauro oppositus.

Σπέρχω, σπέρχνω, urgeo, festino, &c. σπερχνὸς, festinans, pernix, studioſus, studioſè incumbens alicui rei. Nescio an hinc **spark**, de insignioris agilitatis & alacritatis puero; an potiùs metaphora sit à **sparck**, scintilla. Sed est præterea σπερχνὸς, εἶδος (ut Hesychius) ἱέρακος, genus accipitris. Angl. a **sparabawke**, vel **sparrow-bawke**: ex Græco sine dubio: nisi hoc ipsum verbum Anglicum

Anglicum (nullibi enim quod ſciam alibi:) voluit Heſychius exponere, & in ἀσφχνὸς ita contraxit; aut contractum ab aliis exhibuit. Sed & Galli dicunt *eſparvier*: unde fortaſſe fluxit Anglicum.

Σκῆνος, tabernaculum, &c. item corpus humanum, non apud Platonem tantùm, & Pythagoræos, (ut in II. Cor. V. v. 1. doctis notatum:) ſed apud medicos quoque aliósque. Τηκεδὼν τοῦ σκήνεος, corporis tabes, apud Aretium medicum. Atque ita in Democriti ſententiis à doctiſſ. Holſtenio editis, bis unâ ſi bene memini paginâ: neq; enim nunc liber ad manum. Sed & in Fragmentis ejus, à Stephano editis, ſæpius. Etiam apud Longinum περὶ ὕψους, ἀνθρώπινον σκῆνος, humanum corpus. Hodiernis Anglis, **ſkin**, pellis: Eſt autem pellis quoddam quaſi corporis tabernaculum, quod omnibus ejus undique partibus ut tegmen & munimen obtenditur: quomodo & ipſum corpus animæ θύλακος etiam & ἔλυτρον ab eâdem aut ſimili ratione nuncupatum. Id enim reliquo corpori pellis, quod corpus animæ. Sed nec inſolens metonymia,

mia, ut pellis, pro toto quod ambit corpore ſumatur. Poſſit tamen & τὸ **ſkin** ab ἀσκὸς duci: ἀσκὸς βοὸς apud Homerum, pellis ovina: ἀσκὸς Μαρσύε, apud Herodot. *pellis Marſyæ*, i.e. exuviæ, ut Camerar. interpretatur.

Σῶμα, corpus: & ut anima (ψυχὴ Græcis) per ſynecdochen omnibus ferè linguis uſitatam; ita & corpus (σῶμα) pro integro homine interdum ponitur. Anglis utrumque familiare: **no ſoule**: **no bodie**: pro, nemo. Sed poſterius tamen uſitatius. Non enim dicunt **ſome ſoule**, ut **ſome bodie**, pro aliquis. Suſpicatus ſum ſæpe Anglicum illud **ſome**, (quod interdum abſolutè, ut **ſome are of opinion**, &c. aliquando cum **bodie** jungitur, ut in prioribus exemplis:) ex Græco σῶμα fluxiſſe. Ridebunt, credo, imperiti; at non illi fortaſſe, qui quem uſum habeant Hebraica אדם & איש non in doctorum tantùm libris, ſed in ipſâ quoque ſacrâ Scripturâ non ignorant. Latinum *perſona*, factum eſt, ut doctis placet, ex πρὸ σῶμα: & Chaldaicum שום (quod & Græco σῶμα fortaſſe dedit originem: nam ὀνόμαλα, pro σώματα interdum poni ſatis conſtat:)

ſtat:) propriè, *nomen*; vulgò, pro *aliquis* uſurpatur. Sed & priſcos Latinos *ſum* pro *eum* dixiſſe, ex Feſto diſcimus: quod an huc aliquid faciat, neſcio. Sed nihil æquè auget ſuſpicionem meam ac docti viri de origine imperſonalis, ſeu imperſonalibus verbis ſervientis apud Gallos *on* particulæ origine obſervatio. Ita autem ille in Grãmaticâ ſuâ Gallicâ, quæ Latinè, & Gallicè ſeorſim An. Dom. 1569. typis Stephanicis excuſa eſt. Majores, inquit ille, noſtri frequenter ſcripſerunt *hom* in ſignificatione imperſonali paſſiva: veluti ut Gallicè verterent Curritur, ſcribebant, *hom court*, vel *l'hom court:* tanquam ſi Latinè diceretur, *Homo currit:* unde factum eſt noſtrum, *On dit: on fait:* pro Latino, Dicitur, Fit: *h.*ablato, & *m.*verſo in *n.* Hactenus ille. Objiciat aliquis fortaſſe, quòd huic Anglico **ſome**, additur interdum **bodie**; vel **men**: ut **ſome bodie**: **ſome men**, &c. Sed hoc nihil eſt. Prius enim illud **ſome**, quamvis (ut nos quidem ſuſpicamur) origine idem, poſtquam tamen uſu (ut & Gallicum illud *on:*) nunc aliud eſt, & in pronominis naturam tranſiit, nihil vetat, quin no-

minibus ejuſdem cujus & ipſum (ſi originem ſpectes) ſignificationis, rectè jungi poſſit. Talia multa memini obſervare, quæ legentibus fortaſſe, mihi certè nunc iſta ſcribenti in mentem non veniebant. Non omninò diſſimilia, εἰνάνηχες (quod ex ἔννεα & νύκλες compoſitum:) νύκλες; & ποδόνιπτρα ποδῶν; & βοῶν ὀπιβόκολος ἀνὴρ; & οἰνοχοῶν ὄινον, & id genus alia quæ apud Poëtam incomparabilem obſervarunt veteres Grammatici: in quibus cum ejuſdem verbi manifeſta ſit repetitio, à tautologiâ tamen facilè excuſantur.

Σείω, præter ἔσεικα, σκέναι, quatere, concutere; **to ſhake.**

Σεύω, cieo, agito, concito: Item perſequor, inceſſo, fugo: ὀπιθεύω, impello; **to ſhove.** Fortaſſe & **to ſhun**, vitare.

Σήθω, cribro, as; excutio cribro, agito; **to ſift.**

Σχῆμα, habitus, cultus. Item habitus oris & geſtus: dignitas, decus: ἀσχημονεῖν, immodeſtè ſe gerere: inverecundum aliquid & homine pudico indignum patrare. Etiam latiùs, moribus & vita turpi coinquinari. Εὐσχήμων, decorus, modeſtus: ἀσχήμων, indecorus, immodeſtus.

immodestus. Quæ cum certa sint & obvia, nollem virum doctiss. in nupero opere asserere non tam corporis figuram, quàm habitum & vestis decus hoc verbo signari: & negare, *shematio*, mediæ ætatis verbum hinc esse. Verè ille quidem poterat dicere, *shematio*, ex Anglico **to shame**; vel Germanico **shamen** immediatè factum: at illa, quæso, unde? Est & ἀσχημονέω verbum, pro, modestè & honestè loquor; & ἀσχημοσύνη nomen, modestia: constans animi status, nullis aut doloris aut gaudii perturbationibus infracti, aut obnoxii: quò omnes alias virtutes interdum referunt philosophi. Interpretes Græci Bibliorum verenda corporis, quæ Hebræi pudicè עֶרְוָה vel עֵרוּת (γύμνωσιν propriè) nuncupant, verbo non minùs pudico ἀσχημοσύνην solent exprimere. Idem verbum פּוּת (unde Græc. πόσθη, & vetus Latinum, de quo multa Scal. in Catalecta Virgilii, *puta*: sed & Italicum *potta*; ex quo, *puttana*, *putta*, *putaine*, recentiora; pro, meretrix: fortasse & Latinum, *pudor*, &c.) Es. III. 16. σχῆμα verterunt. וּמְחוֹרֵי פִּתְּנָן וְעַרְוָתְהֶן יְהוָה יְגַלֶּה Κύριος ἀναγαλύψει τὸ σχῆμα (alii, ἀισχύνωμα) αὐ-

τῶν: **The Lord will discover** (or, **make open**) **their** (αἰσχύνην) **shame**; (*vergogne*, Gall.) id est, ut ibi nuperi interpretes, **their secret parts.**

Σίσλαι, ἐνώπια: inaures. Hesychius: qui etiam σίκλαι scribit, & similiter exponit. Σισλοφόρων, σάσις (ut idem Hesychius) διὰ νέχων· τὰς καλαχλεῖδας τῶν ἐνωλίων, σίσλας φάσιν· οἱ δὲ, αὐλὰ τὰ ἐνώπια: id est, ut ego interpretor, quia alibi non reperio: Σισλοφόρων, *officium* vel *munus ad Eunuchos pertinens. Aiunt enim σίγλας scrinia monilium esse: alii, monilia ipsa interpretantur.* Anglis olim, **sigle**, monile. Et ab illis, mediæ ætatis (ut probabile est) scriptores, *siglæ*: de quo in aliqua Somnerianarum lucubrationum plura legere memini. Potuerunt autem à Græcis (ut alia multa Græcis usitata, etsi non Græca genuina,) habuisse Germani, seu Saxones, * quamvis Hebraicam potiùs sapiat originem, quàm Græcam. Sed videamus tamen, numquid & Græca origo possit inveniri non incommoda. Σισαλώς Homero verbum familiare, quod adjunctum nominibus substantivis summum earum seu pretium, seu artificium notat:

* סגלה peculium. res pretiosæ. De auro & argento, 1. Chron. ca. xxix. v. 3.

notat: tale utique, quod ſpectantes admiratione & ſilentio (unde & verbo ſecundum quoſdam origo:) figere ſit idoneum. Ita Ιλ. ε'. Αλλ' ἄϳε νῦν μάϛϳα χϳ ἤνια ϛαλόεντα Δέξαι. & iterum eodem libro ἀυλὰρ ὄγ' ἥρως Ὧν ἵππων ὄπιβὰς ἔλαβ' ἤνια ϛαλόεντα. Idem Οδ ο'. Χιλῶνα ϛαλόεντα, de Telemachi tunicâ: & alibi pariter non ſemel. Conſulent Euſtathium, quibus ejus adeundi copia. Apud auctorem Etymologici, (quem poſt Euſtathium commendatiſſimum omnibus linguæ Græcæ ſtudioſis cupio:) ſic reperio. Σιϛαλόεντα, σημαίνϵ τὰ πεποικιλμένα: ϖαρὰ τὸ ϛίζω, ϛιϛαλόεντα, χϳ ϛαλόεντα. Diverſa hæc origo à priore: ſed Græca tamen. At Heſychius; Σιϛάλοεν, ποικίλον τῇ γραφῇ, λαμπρὸν. ϛάλωμα χϑ οἱ Σκύθαι λέγουϛιν, &c. cætera à libris & otio meliùs paratis relinquam. Sed ille facit Scythicam vocem. Nos autem Scytharum illorum linguam, qui Græcis notiores, & quibuſcum frequentia illis ob vicinitatem commercia, non aliam remur fuiſſe, quàm Germanicam. Fuerit igitur (ſecundum Heſychium) vox pura puta Germanica, vel Saxonica; & ab illis, à Græcis accepta.

Sed hæc longiorem disquisitionem desiderant: nobis aliò festinandum.

Σπῖλος, macula, labes, &c. **a spot**, *l.* in *t.* migrat; ut σολὴν, στολὴν, &c.

Σκώθομαι, & σκύζομαι, irascor, &c. **to chide**: succensere, increpare: nisi potiùs ex κῶθος, opprobrium, maledictum, de quo suprà.

Σικχὸς, à Suidâ exponitur, ἀνόρεκτος, ἀσθενὴς, & (idque Plutarchi loco adducto:) νοσώδης: cibi fastidiosus, infirmus, æger; **sick**.

Σόφη, fraudulentum effugium, callida tergiversatio: ἀντιλογίαι, Hesych: contentiones, contradictiones. **strife**, contentio. De **strive**, suprà in στρώγεως: nisi & illud ipsum, ex στέφειν.

Σάννας, fatuus: stultus. puto me legisse vel audivisse apud Angl. **a Zante**, pro fatuo.

Σίνω, noceo, lædo: σίνης, & σίναρ, nocuus, noxius, κακοῦργος: **to sin**, peccare: **a sinner**, peccator: Germanicè, **sund, sunder.**

Σκία, umbra, &c. de quo suprà: σκιὰς, σκιάδης, σκιάδιον, &c. unde **shade**, & **shadow**, umbra.

Σμύχω: Σμήχω, vide suprà.

Σίδηρος,

Σίδηρος, & σιδηροφορεῖν. vide ſuprà.

Σπειρὸς, flexilis, &c. σπειραὶ, armillæ, monilia, torques: funiculi, fibulæ, ut quidam apud Homerum exponunt; **a ſtrap.**

Σκαιὸς, lævus, ſiniſter; ineptus, perverſus, σκόλιος. Anglis, **a ſquint, & a-ſkew,** limus, obliquus.

Σχερὸς, ἀκτὴ, αἰγιαλὸς: (Heſych.) i. portus, littus; **a ſhore.**

Σφυρὸς, acerbus, auſterus; de ſaporibus, propriè: & metaphoricè de hominibus; **ruffe:** ut vulgò pronuntiatur. Sed ſcribitur **rough.**

Σκεῖρα, carina. Anglis, **to ſteere,** clavo aſſidere, navim gubernare; **ſterne,** gubernaculum.

Σεμίδαλες, ſimila, ſimilago: unde **ſimnel** ducunt vulgata quædam Lexica. nam alioquin ex Latino quoque fieri potuit. ut & **cracknell,** & κολλύρα, collyra.

T

Τρόχος, curſus: Item locus in quo curritur: Τροχὸς, rota. Angl. **a track,** ſemita; veſtigia. **to track, or trace,** veſtigare.

Τροχοπέδη, ſufflamen (quo impetus

rotæ in declivibus locis ſuſtinetur & impeditur:) **a trigger.**

Τήκω, liquefacio; τήκομαι, liquefio, liqueſco: **to fatw.**

Τυλθὸς, parvus, parvulus, puſillus, infans: τυλδὸν βρέφος. **tit** de infantibus & puerulis, in quotidiano ſermone puto me non ſemel audiviſſe. **titmouſe**, aliàs **miſken**: parus, parvula avis. Quaſi equo propriè competeret, in accuratiſſimo Lexico Anglico-Gallico: *Tit; godal, roce, roſſe, haridelle.* Eſt etiam πίδιος, ὑπόλιτδιος, qui ab uberibus adhuc pendet, & lacte nutricis alitur: unde etiam, quando de infante & lactente uſurpatur, verbum manare poſſit.

Τεῦπα, luſus puerilis genus, quod Stephanus deſcribit; cui non abſimilis, quem **trap** vocant Anglici pueri.

Τύπτω, verbero; **to thump.**

Τολύπη, glomus, lanæ propriè; ſed de aliis quoque rebus dicitur: etiam de mazâ; (μάζη) ex quo *maſſa* Latinum; **a lump.** Ejuſmodi, integrarum etiam initio ſyllabarum aphæreſes, etſi paſſim multæ: ſimillimum tamen in mentem nunc veniebat, μῆλος, recentioris Græciæ

ciæ vocabulum, ex *tumultus* Latino factum: de quo doctissimus Meursius in Glossario: μυλλάειοι, tumultuarii, seditiosi. Vide & suprà in μόλυβδος.

Τρυξ, τρυγὸς, fæx: **dregs.**

Τρυσπλὸς, vindemiæ tempus, quando omnes occupatissimi: unde puto fluxisse, **to drudge**: nisi quis malit ex τύχω, attero, vexo: τύχομαι, atteror, conficior, &c. repetere.

Τείρω, infesto, molestiâ afficio, conficio, &c. **to tyre.**

Τέλλω, ἐντέλλω, mando, faciendum injungo: **to tell.** אמר Hebraicum, dicere, & mandare, seu præcipere.

Τέλος, vectigal; (unde τελῶ censeor, &c.) **tole, tole-monie.**

Τελέω, pendo, pensito. ἀργύριον τελεῖν, & τελέσαι, sæpe occurrit apud Græcos scriptores: **to tell**, id est, numerare, pendere. τελῶ, attribuor, contribuor: ἐναριθμοῦμαι, ἐγκείνομαι, ut ἤρξάμην τελεῖν, cœpi numerari: εἰς ἕλληνας τελεῖν, Græcus censeri, &c. propriè (ut Grammatici loquuntur, ad Etymologiam spectantes) dicerent Angli, **I began to be told**: &, **to be told a Grecian**: atque ita veteres etiam Angli suo **tellan**, usi:

uſi: ut, **And he us him to bearn telth**: i. e. & ille nos pro liberis habuit: vel, in liberorum loco. Sed conſuetudo nunc obtinuit, ut loco **tell**, aliud ſynonymum ejus in his locutionibus uſurpetur. Dicunt enim, **to be reckoned**, &c.

Τελῶ, ſum ſub ditione: ſum ſub imperio. Hinc, ni fallor, **to dwell**, habitare, agere.

Τωδάζω, dicteriis inceſſo, irrideo, mordeo opprobriis, &c. **to tawnt**. Item **to twit**.

Τυλάζω, τυλαζῆ, id eſt, (ut Heſychius exponit) ἀυλὸ ϰ) ἀυλὸ λέξῃ, blatero; **to twattle**.

Τάγγη, rancor: ταγγὸς, rancidus. de oleo propriè. In quibuſdam Angliæ partibus, (ut Cantio, ni fallor) de rancidis, aut aliter vitiatis liquidis, dicunt, **It hath a tang**.

Τηλίϰ-, tantus: de corporea, propriè, magnitudine; **tall**, procerus.

Τρύπανον, veterator, vafer; **trupente**, non ſemel audivi, vel, **an old trupente**, de vafro & tenace. Obviæ ſunt & aliæ rationes, ſcio: ſed quæ mihi magis arrideat, aut tam probabilis videatur, nulla.

Τεάπζα,

Τράπεζα, mensa, pegma : a trap, decipulum : id est, ut Had. Junius in doctissimo Nomenclatore pluribus explicat, Laqueus quidam aut machina irretiendis aviculis, aut capiendis bestiis comparata.

Τρώκλης, comestor, (à τρώγω scilicet, arrodo, rodo, comedo :) vorator. Ita dicitur & Homero (ut viri doctiss. Camerarius & Steph. in suis uterque Thesauris:) qui ut habeat quod voret, quavis arte lucrum facit. Atque hæc est Eustathii & Hesychii, quorum verba Stephanus adducit, expositio. Est autem verbum Homericum. Homeri verba quæ ab illis afferuntur, sunt hæc : ex Odyss. Ξ.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοός μοι ὀπωπλόμενον ἔτος ἦλθε,
Δὴ τότε φοῖνιξ ἦλθεν ἀνὴρ ἀπαλήλια εἰδώς,
Τρώκλης.

id est, *Sed cum octavus mihi rediens annus venit, jam tunc Phœnix vir fallacias sciens*, Τρώκλης, &c.

Item ex sequente libro,

Ἔνθα ὑ φοίνικες ναυσίκλυτοι ἦλυθον ἄνδρες

Τρῶκ.

Τρῶκϑ, μυεί' ἄγονῖες ἀϑύρματα ναὶ μελαίνῃ.

id eſt, *Illuc autem Phœnices navibus inclyti venerunt viri,* Τρῶκϑ, *infinitas ducentes res ludicras* (Gyphianæ editionis hæc verſio eſt) *nave nigrâ.* Mihi longè aliter videtur de hoc verbo, quàm vel Euſtathio, vel Heſychio, aut qui ipſos ſequuti ſunt. Nec puto ullos eorum aliter de vero ſenſu quàm ego ſentio, judicaturos fuiſſe, ſi linguam Anglicam intellexiſſent. Anglis hodiéque verbum notiſſimum & uſitatiſſimum, **to truck**, pro mercari, vel merces alias pro aliis mutare. Unde ſecundum analogiam, quamvis non ſit in uſu, **truckſter**, (βώκλης) fuerit, mercator, nundinator, negotiator. Nec mihi dubium, quin **druggs**, & **druggſter** (vel **druggſter**) ab eâdem ſint origine. βωκλὰ enim Græcis (quod & βωβάλια:) edulia, veſca quæcunque: ſed propriè, quæ cruda (ut doctis placet) comedi ſolent, & ſecundis menſis apponi, ut raphani, pyra, poma, nuces, amygdalæ, & ſimilia. Plura recenſentur à Polluce: μυρλίδες, μέσπιλα, κόκκοι, ῥόαι, κάρυα Πέρσικα, &c. quæ pleraque ex tranſmarinis locis

locis navibus advehi ſolita. Talia autem pleraque quibus officinas ſuas inſtruere ſolent Pharmacopolæ: ut mirum non ſit conſuetudinem obtinuiſſe, ut druggs, de Pharmacis; & druggter, de Pharmacopolâ propriè diceretur. Porrò, Phœnices ex Canaanitis oriundos, conſtans doctorum ſententia eſt: & veteres quoque apud Procopium in eam rem inſcriptiones, tum aliis, tum ſummo viro in *De Diis Syris* opere commemoratæ. Cananæi autem in Sacrâ ut omnes norunt hiſtoriâ (ut & Phœnices apud Ethnicos) à mercatura tam noti & nobiles, ut ipſum nomen *Canaan*, (Hebraicè, כנען) in commune mercatoris nomen tranſierit. כנען mercator, negotiator. כנעה, merx. Judicet jam lector, quàm appoſita ſit verbis Homer. hæc expoſitio: ut Phœnices ſcil. (notiſſimo illo & vulgatiſſimo apud omnes nationes Epitheto) mercatores nuncupentur; & mercatores ſive negotiatores, à fraudibus & fallaciis, quibus ferè conſtat iſta vita, perſtringantur. Vulgata autem illa explicatio, quàm coacta ſit & longè petita, quis non videt? Dicerem potiùs

Φοίνικες

Τωχίω (si quidem Τώσω vera origo, & non est verbum peregrinum, quod magis probabile est;) cum primò qui ventri commeatum ex peregrinis locis adveheret, esse nuncupatum: posteà, qui res alias quascunque; ἀθύρματα præcipuè: id est, curiosorum vel delicatorum oblectamenta, quæ graviores & sapientiores pro meris ἀθύρμασι (talia autem sunt quæ ex peregrinis locis à multis magno studio conquiruntur:) ludicris & ludibriis habentur. Suspectam fuisse vulgatam illam doctis viris interpretationem, indicii est, quòd priore illo Homeri loco, in Gyphaniana editione, Τώχης vertitur *veterator*: in secundo, *ingeniosus*. Ego verto, Τωχίω, **a truckster**: i. e. *Cananæum*, vel *Cananitam*: negotiatorem, &c. Literæ, *t.* in *d.* (in **druggster**, vel **druggtster**, pro **truckster**:) mutationis, quanquam ut in literis affinibus nihil proclivius, exemplum tamen quod ultrò se suggerit, dabo; Græciæ recentioris illud Δραγουμάνος; Ital. *drogueman*; Gall. *truchement*; (id est, interpres:) ex Chaldaico, ut notum, תרגם.

Τάω, vel τίζω; præt. τέτακα: Aor. 2. Part.

2. Part. (quod apud Homerum & Apollon.)Poëtic. τελαγών. Exponunt quidam τείνας : alii, πνάξας : alii denique λαβὼν, accipiens, prehendens : quos Stephanus sequitur : cujus sententiam non parum confirmat Angl. **to take** : capere, prehendere. Certè τῆ Imperat. ex τάω (de quo tum alii, tum auctor Etymologici in ἄτης alibíque:) omnes exponunt λάβε : cape, accipe. Quanquam nec illa inepta Anglici verbi etymologia, quam suprà in δέχεσθ attulimus.

Υ

Ὑθλος, nugæ : ὑθλέω, nugor ; **idle** ; **to be idle.**

Ὑδωρ, aqua ; **water** : de quo suprà.

Ὑδρη, serpens, aquaticus propriè, **an adder** : si antiquum, ut puto. nam alioquo ex *hydra* Latino, non minùs.

Ὑδρεία, vas aquaticum. situla, &c. **An ewer**, si antiquum. Nam & Latinum alioquin *hydria*. De *d.* medio absorpto, vel excidente, sæpius jam monuimus. Fortasse tamen ex neutro ; & **ewer**, ex *urus* ; (Græcè ὗρος :) ex cujus animalis cornibus pocula à Germanis olim fieri solita,

ſolita, ex Cæſaris commentariis, Plinio, notum, aliiſque. *Verum* Hercyniæ ſylvæ proprium animal fuiſſe tradunt illi veteres: unde & à Germanis ſive Græcos, ſive Romanos nomen accepiſſe, ſuadet ratio. Origo tamen erit Græca, ſi ab ὄρεσι (montibus) nomen illis inditum.

Ὑπὲρ, ſuper; **ober**: ὑποφᾶν, **to overſee.**

Ὕλη, ſylva, ligna, &c. **wald, weald, wold**: (tot enim modis ſcribebatur, ut Verſteganus docet) ſylva. Item, **wood**, lignum.

Ὑφὴ, textura, textus: ὕφος, textile, tapetum, rete: ὑφάω, & ὑφόω, texo: Anglis, **a webb**; & **to weave.**

Φ

Φηλόω, ἀπαλάω, decipio. Notum ſatis & uſitatum verbum. An hinc φιλήτης, fur, latro, &c. ſit, ob diverſam ſcripturam dubium eſt. Nam à φηλόω, φηλήτης potiùs ſcribendum fuerit: ut & φῦλος, impoſtor. Seneca docet apud Ægyptios vulgare verbum fuiſſe, qui tamen ad Græcam originem, quaſi à φιλέω (ex quo φιλητὴς, ſed alio ſenſu) non à φηλόω, alludit. Verba ejus ſunt:

Voluptates

Voluptates præcipuè exturba, & invisissimas habe: Latronum more, quos philetas Ægyptii vocant, in hoc nos amplectentes, ut ſtrangulent. Atqui Heſiodus etiam, aliíque Græci ſcriptores habent. Ab illis igitur (quis dubitet?) Angli, **to filch**, (vel ut alii propiùs ad originem ſcribunt, **to filtch**) & **a filcher**.

Φῆρες, fauni, (de quibus inter alios ὁ μαχαίτης parens in *De Satyr. Poëſi:*) ſatyri; Anglis **fairies**, nymphæ: larvæ, lemures.

Φορμὸς, teges, ſtorea. quæ pluribus olim, (de quo aliquid ad Theophraſti Characteres:) hodiéque vice ſcamni, aut cubilis. Hinc Anglis, **a fourme**, ſcamnum: ſedile.

Φλάω, contundo, &c. φλάσμα, pro θλάσμα, Hippocrati, &c. contuſio; **a flaw**: ruptura.

Φλαύζω, παφλάζω, ferveo, æſtuo; **to flush**. niſi ex φλύζω, unde φλύσις, puſtula. οἰνόφλυξ, quaſi vino bulliens: ebrius. De vino quoque Angli.

Φλὸξ, γὸς, flamma; **a flash**.

Φέρεσθαι, habere, agere; **to faire**: ut φέρεσθαι κακῶς; φέρεσθαι καλῶς; **to faire well**: **to faire ill**.

Φείπω, φρυάπω, fremo, frendeo; **to frett.** Niſi potiùs, ex βορᾶ, cibus: & βορᾶς, vorax. Eſt enim vetus **frettan**, edere, propriè. Transferunt autem etiam Græci ad animum: ut in θυμοβορεῖν, & θυμοβόροι μελεδῶνες, &c.

Φλοιὸς, cortex; φλοίω, decortico; **to flea.** Item, **to flaw.**

Φάτνη, præſepe. Anglis, **fatt** pinguis. אבס Hebræis, ſaginare: אבום præſepe.

Φελλεῖς, ſilices; **flints.**

Φάσκωλος, φάσκωλον, & φασκώλιον: marſupium: arca, pera, ciſta. Anglis, **a flaskett:** ſporta, calathus, caniſtrum majus.

Φυρᾶν, φύρειν, miſcere: φύραμα, miſtura. Anglis, **a fray**, pugna: ut Gallis *meſlée*, ex miſcendo.

Φέριστος, optimus; excellentiſſimus: **firſt**, primus, princeps.

Φρὺν, φρύνη, φρῦνος, rubeta, rana venenoſa; **a frogge**, rana: niſi ex βάτραχος, de quo ſuprà.

Φείδομαι, parco, do veniam, miſereor: Hinc ergo poſſit eſſe **fond**, &c. de quibus ſuprà in Ἐμφῦναι.

Φθόγγος, vox, ſonus: φθέγγομαι, loquor: ἄφθογγος, elinguis, mutus. Angl. **tongue**, lingua.

Φόρμος,

φόρτος, onus; ſed propriè, navis. Quæ navibus apportantur, ait Camerarius. φορτάζω, onero. Anglis, **fraught**, onus navis: **to fraught a ſhip**, navem onerare. Scribitur etiam **fratte**, vel **fraight**, quod ad Gallicum verbum propiùs accedit; & eſt fortaſſe ab aliâ origine.

Φαῦλος, (quod jam ſuprà in Cambdenianis habuimus, ſed hîc repetitum, quia plura ſuper eo addenda:) vilis, facilis: nullius pretii, aut negotii. Item, malus, improbus. Hæ vulgares & uſitatæ ſignificationes. Sed Dio: Laertius in vita Platonis alias commemorat, non ut Platonis proprias, ſed tamen præterquam Platoni paucis uſitatas aut notas. Inter eas hæc eſt, ut φαῦλος pro ſimplice & minimè fucato ponatur: quomodo etiam Euripidem uſurpaſſe probat Laertius adducto ipſius in hanc ſententiam loco. Ut minimè dubium videatur quin πὸ **foole**, inde manaverit. Quanquam aliam quoq; notionis iſtius rationem poſſimus reddere ex ſententiâ philoſophorum principis, & hominum, quibus ſola ratio præivit ad ſapientiam, unius omnium poſt homines natos ſapientiſſimi; qui toties id inculcat,

cat,& non minùs ſolidè probat, ἀδύνατον φρόνιμον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν: i. *Fieri non poſſe, ut qui non eſt bonus, idem ſit ſapiens.* Sed à Græcis ad Anglos(quod hîc quærimus:) immediatè perveniſſe hoc verbum non præſtem,cùm in veteribus libris hactenus mihi non occurrerit, ſed ejus loco, **unwiſe, dyſing**, &c. At ſi non hoc; certè non dubium quin τὸ **foule**, vel ut alii ad diſcrimen (eſt enim **foule**, etiam volucris) ſcribunt, **fowle**, pro turpi & impuro, hinc profectum ſit. Sunt enim vilia,ex contemptu,ſæpe ſordida & ſquallida: & quæ mala & prava, eadem & naturâ ſuâ impura ſunt, & ita quoq; vulgò nuncupantur. Ἀκάθαρτον πνεῦμα, **a fowle ſpirit**, i.e.impium, malum. In veteribus rythmicis ante 600. plus minùs annos Orationis Dominicæ verſionibus, quod in uno exemplari, **Let us not in fonding fall, Dac fro evill thu ſyld us all**: in altero, eóque antiquiore, **Ne let us fall into no founding, Ac ſchield ous fro the foule thing.** Φαυλότης, **filth.** Φαυλίζω, vilipendo, ſubſanno, (unde & φαῦλος apud Heſych. καταγέλαστος exponitur; & φαυλίσεια, ἡ καταγελῶσα, ſubſannatrix) **to flowt.** Φαγεῖν,

Φρονεῖν, ſapere, ſentire: εὖ φρονεῖν, καλὰ φρονεῖν, φιλοφρονεῖν; & interdum abſolutè, φρονεῖν τὰ, &c. pro, favere alicui, benevolo eſſe animo, &c. Anglis, abſolutè, **a frend**, quaſi εὖ φρονῶν, amicus. quemadmodum & Latini abſolutè, *velle alicui, cupere alicui*, pro, benè velle; benè cupere.

X

Χηλη, forceps, ſeu forfex, quales cancrorum propriè. De avium quoque unguibus dicitur, ut apud Sophoclem. **a claw**. Sed & **clutches**.

Χύτλον, propriè, oleum aquâ mixtum, quo perfundi & in ungi balneantium corpora ſolebant. Hinc χύτλον, etiam pro ἀγγείῳ ἐλαιοδόχῳ, ἐν ᾧ εἶχον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔλαιον, ᾧ μὴ τὸ λάβρως ἐχείοντο: i.e. vaſe, quod oleum continebat, quo poſt lavationem corpora veteres inungebant. Hanc interpretationem doctiſſimus Stephanus habet ſuſpectam, quòd exemplorum quæ proferuntur incerta lectio ſit: non habiturus opinor, ſi ſciviſſet in Anglica lingua hodiéque vocari **a Kettle**, haud diſſimile vas, ad continenda, & calefa-

cienda liquida quæcunque comparatum. Quod tamen alioquin etiam ex χύτρα vel χύτρα, olla, cacabus, (mutato pro more *r*, in *l*.) duci possit; cùm in ejusmodi vase carnes quoque vulgò coquere soleant.

χώρα, locus, regio, provincia: **ground**: nisi ex ἄρρος. Sed & **countrey**, pro regione, provincia, hinc fuerit, nisi ex *conterraneus*, (quod satis antiquum) barbara vox *conterra*, sequioribus sæculis emersit, unde istud fluxerit. Quæ quidem vox quamvis apud nullos fortasse istorum temporum scriptores reperiatur, nec in usum recepta sit; potuit tamen ex ejus quasi ideâ vox ista formari; qualia in lingua Gallica innumera ferè observat doctissimus author Grammaticæ Gallicæ, cujus jam aliquoties mentionem fecimus. Haud parum etymologiam priorem confirmat, quòd ut Græci dicunt, χωρεῖν, ἐγχωρεῖν, ἀναχωρεῖν; pro, cedere, recedere, &c. ita Angli, **to give ground** q. d. χώραν διδόναι.

Χωρεῖν, ἐγχωρεῖν, συγχωρεῖν, cedere, concedere, &c. **to grant**. Est & χωρεῖν, impressionem facere hostili modo; vel

in

in hoſtes. Et hinc fuerit, **to croud**: violenter trudere. Hoc malo quàm ex κρέω, pulſo, quod aliis placuit.

Χλὼ, χηνὸς, anſer: veteribus Germanis, Plinio teſte, **ganze**: hodiernis Anglis, **a gooſe**: Item, **a gander**. Plinii verba, lib. X. c. 22. de anſeribus, *Candidi ibi*, (in Germaniâ) *verùm minores, ganzæ vocantur*.

Χολὴ, bilis; **gall**.

Χάεαξ, vitis fulcrum, &c. **a crutch**.

Χαλίζειν, ἀναχαλίζειν; de equo propriè dicitur indomito, vel aliàs effræni, & ſternace. Angli pariter de equo, **ſkittiſh**: qualem quia Galli vocant *ombrageux*, ſuſpicetur aliquis fortaſſe ex σκία potiùs manaſſe. Sed ego illud magis probo.

Χεῖλος, labium: veteribus Anglis, **wæleras**. **Dʒfghten welerum mine thu unfyn**, &c. Domine labia mea aperies, &c. Pſal. LI. v. 15.

Χειμέριος, diuturnus, longo durans tempore. Χειμερίοτης, & χειμέρια, diuturnitas, vetuſtas. Χειμεριαῖος, vetus. Anglis, **crone**, propriè vetula ovis, ut docet Verſteganus.

Χέρσος, χερσεία, locus ſterilis, in-

cultus : ſolitudo ; de quo ſuprà.

Χαλάζα, grando ; **hatle.**

Χαλάω, remito, laxo, relaxo : de funibus,& id genus, propriè : ſed ad mores paſſim transfertur : unde χαλίφρων, & χαλιφρονέω, &c. **to ſlack** : Item, **ſluggiſh.**

Χαράπω, (vel χαράσσω) ſculpo, inſculpo, imprimo : χάραγμα, nota inſculpta, vel impreſſa ; **to cratch**, vel **ſcratch.**

Ω

Ωνέω, (ſed frequentius, ὠνέομαι) emo, mercor ; comparo mihi, impetro,obtineo. ὦνος, pretium. ὁ δίδωσί τις, ἵνα λάβῃ τι τῶν πωλουμένων : quod quis dat ut aliquid quod vœnale eſt, auferat ; vel ſuum faciat. Hinc, τὸ **owne**, proprius : & **to owne**, ut proprium ſibi vindicare, ac pro ſuo agnoſcere.

Ὡς, ſicut, velut ; **as.**

HÆC ſunt, amice Lector, quibus noſtram quam expoſuimus, de linguæ Saxonicæ cum Græcâ affinitate & propiore cognatione ſententiam potiſſimùm niti agnoſcimus. Quibus lectis diligenter ac perpenſis ſi tu tamen aliter

ter cenſes, & abnuis : Hoc primò,(modò tamen conatus noſtros candidè interpreteris) me ſolabor, *Non eadem* (quod Poëta neſcio quis) *ſentire bonis de rebus iiſdem, Incolumi ſemper amicitiâ licuiſſe.* Proximo loco, ut candore tecum certem, lectionis hujus ut deſinas, & aliud agas, amicè conſulo. Quem enim propoſita verba & exempla non moverunt, eum ullis aliis quæ à me ſperet argumentis, motum non iri planè prædico.

Sed ut ad alios nos convertamus, quos non minore numero fore confidimus ; ſciant illi quicunque ſint, in hac adornandâ collectione non ambitioſè verſatos eſſe, ut omnia undique congereremus ; ſed eorum quæ ſe nobis offerebant delectum habuiſſe ; magíſque ut judicium noſtrum lectoribus, quàm diligentiam probaremus, ſtuduiſſe. ídque non unâ de cauſſâ. Ac primò quidem, quia quid operis ſuſcepti ratio poſtularet, quid ad aſſertionem noſtram firmandam copiæ ſufficeret, propoſitum nobis erat ; non Etymologicum Anglicum conficere. Quamvis igitur plurima ſe nobis offerrent, de quorum,

quorum, nos quidem, non magis dubitamus origine, quàm de his quæ hactenus exhibuimus: quia tamen obscurior erat origo, & quæ minùs in his versatis suspectior fuisset, insignioribus & illustrioribus contenti fuimus: quod spero Lectorem, qui aliorum in hoc genere conatus ac labores publici juris factos cum nostris hisce contulerit, facilè percepturum. Ut dicam liberè, quod sentio: Pauca puto verè & genuinè Anglica, sive Saxonica, id est, vetera reperiri, quæ (iis exceptis quæ Latinæ sunt originis,) si ritè & diligenter expendantur, non possint ad Græcos fontes revocari. Sed ut quis dignè & solidè hoc opere defungatur, multis opus est, quæ non in uno aliquo facilè reperias. Nam primò, linguæ Græcæ, non vulgaris hæc, quâ multi passim se jactant; sed accurata pro linguæ Græcæ magnitudine (qualem alibi suo loco describimus:) peritia requiritur; à quâ nos longissimè abesse profitemur. Non enim sufficit ut Lexica quis, quod sibi quidam persuaserunt, diligenter evolvat; sed omne Græcorum scriptorum, Poëtarum, Historicorum, imò & Philosophorum

losophorum genus evolvendi ; cùm inter legendum, quod sæpè experti sumus, multa in mentem veniant, quæ nulla Lexicorum quamvis accuratissima lectio suppeditet. Jam Dialectorum, Deus bonè ! quanta apud Græcos varietas ! quanta verborum aut eorundem, sed adeò per has dialectos immutatorum & distortorum, ut vix pro iisdem agnoscas : aut planè aliorum & singulis Dialectis propriorum varietas, ex quorum accuratâ cognitione infinitæ pendent origines. Ex una ferè Æolicâ Dialecto, totus penè fluxit, ut Quintilianus aliique observant, Latinus sermo. Hæc observatio quanti momenti sit in Latinis originibus indagandis, norunt omnes ejus linguæ non vulgariter periti. Jam veteris linguæ Anglicæ cùm pars tantùm ad nos pervenerit, supplendus hic defectus ex cognatarum linguarum, Danicæ, Suecicæ, Belgicæ, Germanicæ, (ut nunc loquimur) exacta cognitione ; neque omnino potest, ut in hoc studio quisquam fœliciter versetur, aut aliquid dignum doctorum præstet approbatione, qui non sit omnium istarum linguarum callentissimus.

Quod

Quod mihi quidem, (tantam videor, ex mediocri usu in comparandis illis, affinitatem deprehendisse) non adeò difficile aut operosum videtur; modò qui sit Anglicismi tum veteris, quantum ex libris hauriri potest; tum præsentis accuratè peritus. Ad hoc autem multum proderit tum Scoticæ linguæ, quæ Anglicâ hodiernâ purior, exacta cognitio; tum variorum verborum veterum, quæ pro locorum ac regionum in Angliâ varietate cuiq; ferè regioni ac loco propria multa reperiuntur, diligens observatio. Ego certè, ex quo ad Meridionales has oras, (quæ vulgò *Sussexia* nuncupantur) diu jactatum publica me tempestas appulit, multas observavi voces antea penitùs inauditas, quas veteres esse verisimile est: alias autem non inauditas quidem, sed aliâ longè notione, quàm quâ mihi priùs auditæ fuerant. Ego quidem quantum potui id operam dedi, ut nullum verbum ex linguâ Græcâ peterem cujus veriorem aut verisimiliorem originem cognatarum linguarum, Belgicæ puta, aut Germanicæ, aliqua suggeret. Quod qui non observant sedulò,

& quicquid in linguâ Græcâ aut Hebraicâ aſſonat, arripiunt; non aliud quàm in arenâ multo molimine ædificant; aut quod Græci dicunt, τὰς νεφέλας ξαίνειν. Quæ cauſa fuit altera, quòd à multis congerendis, imperitiæ noſtræ nobis conſcii, libenter abſtinuerimus; & hæc ipſa (ſi ſingularia verba ſpectentur; nam univerſæ collectionis, quantum ad præcipuum hujus operis ſcopum, alia ratio:) timidè proponeremus. Jam ut aliquis ab his omnibus quæ nobis deſunt, ſit inſtructiſſimus; niſi tamen propria quædam vis & δεινότης ingenii pari librata judicio acceſſerit, non ampliùs conſequutus fuerit, quàm puſio aliquis, aut effœtus viribus, armis Achillæis indutus, cum robuſto pugile congreſſurus.

Sed hæc obiter, & nihil ad nos, niſi quatenus hæc noſtra collectio Etymologici operis aliquod eſſe ſpecimen videri poſſit. Ad noſtra igitur ut redeamus: Quanquam literas Alphabeti ſingulas ordine ſuo exhibuimus, non tamen in verbis quæ ſub unaquaque literâ diſponendis ordinem literarum obſervavimus: nec ſanè obſervandum credi-

credidimus; quòd multa erant, quæ collata & appoſita mutuam ſibi lucem fœnerarentur. Non negamus tamen meliùs multa diſponi potuiſſe, ſi hoc nobis tanti viſum eſſet; aut verò otium nobis tantum, ut etiam tam minutæ rei vacare potuiſſemus. In Latinâ Græcorum expoſitione cùm conſultum nobis, ne ſuſpectiores eſſent noſtræ interpretationes, videretur, aliorum potiùs uti verbis, quàm noſtris; non diu cunctandum fuit quem potiſſimum ſequeremur; ex quo & alios hauſiſſe, & ſuos, pleroſque, rivulos derivaſſe non dubitamus. Meâ tamen uſus libertate, in quibuſdam diſſentire, ſed redditâ ratione, auſus ſum: in non paucis ab Heſychio & Etymologici auctore adjutus ſum, ubi deficiebat Stephanus: alios quoque, nec ſine fructu, credo, libenter conſulturus, ſi copia eorum hæc ſcribenti fuiſſet.

ULTIMA jam penſi noſtri pars nobis reſtat, hiſtoria: non illa quidem planè neceſſaria, ac potiùs auctarium, quàm pars, cùm iſtam quam

volumus

volumus affinitatem linguarum, quamvis nulla ſupereſſent hiſtoriarum monumenta, quæ ſuaderent, tam numeroſa (ut omnes agnoſcent harum rerum periti) verborum cognatio & ſimilitudo ſatis evincat. Videamus tamen ecquid hinc quoque, quod tantò magis opinionem noſtram confirmet, erui poſſit.

Gallorum veterum cum Græcis commercia, & mutuas ſive per victorias, ſive per colonias immigrationes; quæ de Galatis, de Gallo-Græcia, de Maſſilienſi colonia, & id genus quæ multis obſervata ſunt, commemorare non eſt hîc animus. Quæ quanquam ſi vera eſt, quæ doctiſſimis probatur ſententia, Gallos Germanorum progeniem fuiſſe, & eandem fuiſſe veteribus illis Gallis & Germanis linguam, non ἀπροσδιόνυσα cuiquam meritò videantur, cùm ipſos etiam Saxones, ex illo Gallorum genere qui in Aſia ſedes variis temporibus fixerunt, ac variis locis ac temporibus varias (ut ſolet) nomenclaturas ſortiti ſunt, & in novas quaſi gentes coaluerunt, aut degenerarunt; ſuſpicari (cùm talia paſſim contingant) non

non ſine cauſſâ quis poſſit: quia tamen partim longiùs petita, partim ſolâ nituntur conjecturâ, jámque à multis inculcata ſunt, nos eò non confugiemus *Græci ſe in Galliam immiſerunt; in Græciam Galli*; ait Seneca.

Ad antiquiſſima ſi recurramus tempora, Scythas totâ ferè Aſiâ potitos, ac ibi ſedes fixiſſe, in Herodoto & vetuſtiſſimis hiſtoriis legere eſt; ex quo Scythas cum Græcis permixtos communes in multis locis ſedes habuiſſe cuivis in promptu colligere eſt. Hinc *Scytho-Græci* de quibus Herodot. l. IV. Quanquam autem *Scytharum* nomen apud antiquiſſimos ſcriptores valdè generale nomen eſt, quod omnes ſeptentrionales populos tam Aſiaticos quàm Europæos complectitur: Europæos tamen ſive Celto-Scythas qui & Germani poſteà dicti, ab Herodoto aliiſq; Scythicorum bellorum ſcriptoribus intelligi certiſſimis argumentis viri docti plures adſtruxerunt. Sed & ipſum nomen *Scytha* Germanicam præ ſe fert, ut omnes ferè conſentiunt, originem. Illos autem nominatim Scythas, qui alio nomine *Getæ* quoque nominati,

minati, per oram Ponticam latè ſparſos, Græcis notiſſimos, Germanicæ fuiſſe proſapiæ, conſtans eruditiſſimorum virorum, antiquitatum Germanicarum illuſtratorum & indagatorum ſolertiſſimorum, eſt opinio. In eâdem autem orâ Græcorum coloniæ non minùs frequentes ac celebres: de quibus Strabo aliíque ſigillatim, & fuſè. Seneca paucis: *Scythia & totus ille ferarum indomitarúmq; gentium tractus; civitates Achaiæ Ponticis impoſitas litoribus oſtentat.* Inter has *Tomos* urbs, tum propriis cladibus non unis; tum Ovidii Naſonis, Poëtæ celeberrimi, exilio & morte (ſi quidem Euſebium ſequimur: aliter enim quidam recentiores de morte & ſepulchro ejus in ſuperiore Pannoniâ reperto:) nobilis.

Ita quidem docti plerique Germanicarum rerum ſcriptores omnes; uno tamen non contemnendæ authoritatis viro diſſentiente, qui Getas & Gothos pro diverſis habet. Ratio quâ præcipuè nititur ipſius ſententia hæc eſt, quòd nulli, ut ait ipſe, veteres, Getas Germanis accenſuerint. Quod mihi non adeò mirum videtur, quàm mi-

rum tam multos veteres (ut recentiores omittam) rerum antiquarum tam diligentes & ſtudioſos, in hanc de Getis opinionem tam unanimiter conſenſiſſe, niſi vel antiquorum monumentis, quæ fortaſſe, ut alia infinita, exciderunt; aut pertinaci majorum traditione, quæ pro monumentis eſſe debeat, in eam inducti eſſent; nec hactenus repertum quenquam, unum ſi excipiamus Cluverium, qui contradiceret. Multa autem potuerunt accidere, cur Getæ à Germanis oriundi, aut ejuſdem cum Germanis originis, alii tamen poſterioribus temporibus crederentur; quos tanta nimirum locorum intercapedo; mores in multis immutati; lingua quoque, ut probabile, non parum adulterata, & cum aliis confuſa; nova denique nomenclatura à notis & vulgatis Germanis diſcriminarent. Credibile eſt Germanos aut Germanorum parentes & περίοικους illas omnes olim oras inſediſſe, quas poſteà ut Orientalium numerus augebatur, ſupervenientes (& ipſæ quoque quondam & linguâ & ortu eædem:) aliæ nationes, Græci aut Græcorum progenitores,

nitores, aliíve cognati populi, ad mægis Septentrionales partes paulatim protuderint. Nec tamen omnes loco ceſſiſſe. qui remanſerint veteres incolæ, cum ſuis eos advenis in unam gentem coaluiſſe. in quibuſdam locis, mutatam gentem; linguam, eandem remanſiſſe: in aliis, mutatam linguam, non gentem, ſed mixtam tamen: ex hac mixtura & rerum viciſſitudine, nova nomina orta; veteribus, novas notiones acceſſiſſe; unde inſecutæ in hiſtoriis confuſiones multiplices. Huc facit & Plinii in Naturali Hiſtoriâ de Scythico nomine querela. Jam linguas, eſſentialiter quamvis, ut ita dicam, & originitùs eaſdem, ubi tamen multiplex ex confuſione variarum accidit interpolatio & diverſa pronunciatio, quis niſi periſſimus, eaſdem agnoverit? Imò vel affines; niſi qui utramque, aut alterutram ſaltem probè calluerit; & in ſcriptis potiùs, quàm ſermone (ubi longè difficilior obſervatio) comparationem inſtituat?

Nam quòd Geta Thracum progenies (ut à Cluverio objicitur) ab antiquis nonnullis conſtituitur, parum hoc

me movet, qui ſciam quàm facilè vicinitas illis imponere potuerit: ſed & ipſos Thracas, Scythicam progeniem, ut & Germanos, à pluribus conſtitui, non ignorem. Cluverium autem miror, qui linguam non Gallis tantùm, Britannis ac Germanis; ſed & Illyriis Hiſpaníſque communem fuiſſe, contra diſertiſſima, ni valdè fallor, antiquorum plurium teſtimonia, ſtatuit: eundem ſilentium eorum tanti facere, ut contra tantum non contemnendorum teſtium (Hieronymum, Spartianum, Claudianum, Auſonium, aliósque ab ipſo nominatos:) conſenſum, Getas & Gothos pro iiſdem habentium, ipſe diverſos ſtatuat, quòd nulli veteres, (ex vetuſtioribus illis ſcil.) Getas Germanos fuiſſe teſtentur.

Id igitur ſi obtinemus, quod præter Cluverium nemo negat, Getas non alios quàm qui poſteà Gothi fuiſſe; quos omnes Germanicæ fatentur originis; Gethicam quoque linguam, non aliam quàm Germanicam agnoſcentes: Gethicam linguam Græcâ permixtam fuiſſe locuples teſtis Ovidius. Nec veriſimile eſt, quanquam id ipſe alicubi negat

negat Ovidius, niſi potior pars linguæ Geticæ, Græca fuiſſet, affinitatem illam tam facilè animadverſurum fuiſſe Ovidium, cùm tantum poſſit (inter loquendum præcipuè) dialectorum varietas, ut vir Anglus in Belga, niſi attentior & ſagacior, ſermonis Anglici veſtigia; nec magis Belga in Anglo loquente Belgici deprehendat; cùm tamen τὰ ὀνώματα utriuſque linguæ propiùs inſpicienti ſint propè eadem. Quid quòd Ovidius de ſe prædicat, librum ſe Getico ſermone in laudes Auguſti ſcripſiſſe? Quod ſi verum eſt, magna fuerit Getici cum Græco ſermonis affinitas oportet, quem tam paucis annis tam grandis Ovidius addiſcere potuerit.

Ultra Tomos in ſuperiori parte Pontici litoris ſitum erat Boryſthenes oppidum, fluvio celebratiſſimo cognomine, Græcorum vetuſtiſſima colonia: ab Herodoto deſcripta. Statum ejus Dionis Chryſoſtomi (qui ſub Domitiano & Trajano Imperatoribus vixit) ætate, deſcribit ipſe ἐξ ἀυλοψίας. Narrat autem undique cinctos ac permixtos Barbaris (quos Scythas etiam ſæpè appellat)

pellat)quanquam ad eorum mores habitúmque aliàs compoſitos, Græcè tamen utcunque intellexiſſe, Homeri Poëtæ inprimis ſtudioſos. Adeò quidem, ut ſtudio illorum adductus, orationem apud illos, quæ Boryſthenitica ex loco nuncupata, Dio habuerit. Quis autem dubitet, quin ut homines, ita & linguæ, Græca Scythicáque, in iſtis locis permixtæ confuſæque: & quanto Græci ibi patrii ſermonis ſtudioſores & tenaciores, quàm qui Tomis, ubi Ovidius exulabat; tanto plus ejus in vulgarem Scythicam transfuſum? Teſtatur ibi Dio Tauricam quoque Cherſoneſum, Mæotide palude celebrem, à Scythis & Græcis promiſcuè habitatam fuiſſe. Ibi autem hodiéq; ſermonem Germanicum, & quidem (quantum ex verbis à Busbequio prolatis colligere eſt) qui ad Anglicum proximè accedat, in uſu eſſe vulgò notum eſt. Non ignoro Gothos poſterioribus quoque ſæculis iſtas terras occupaſſe: nihil tamen obſtat, quin & ex prioribus illis multi, recentioribus illis permixti, ſint ſuperſtites. Cæterùm de Boryſthenienſium ſtudio philoſophiæ

quod

quod narrat Dio, non id abhorret ab ingenio cæterorum incolarum, quos eo nomine commendant aliqui veteres; Herodotus, ni fallor, & Ariſtoteles alicubi. Unde ſunt qui verba Apoſtoli Coloſſ. III. v. 2. βάρβαρος & σκύθης; non per ἄυξησιν (ut ibi Grotius aliíque) ſed per ἀνλίθεσιν accipienda contendant.

Jam quæ hactenus diſſeruimus cùm ad Germanos in genere pertineant; an & ad Saxones ſpeciatim, & illos Ponticorum iſtorum Scytharum partem ſive progeniem fuiſſe, non improbabiliter colligi poſſit, porrò nobis videndum eſt.

De Saxonum origine inter doctos ambigitur, & multa à multis afferuntur, quæ contemnere facilius, quàm certiora, quæq; alii probaturi ſint, ſubſtituere. Cæterùm, de Saxonum origine aut ſedibus, poſtquam illo nomine Romanis innoteſcere cœperunt, nulla quod ſciam controverſia. Ptolemæus, qui primus aut inter primos illos memorat, in Cimbrica Cherſoneſo, (quæ nunc Dania) & Balthici maris oris conſtituit. Inde eos trajecto Rheno Auſtraliores oras ac terras infeſtaſſe & occupaſſe,

occupaſſe, ſatis certum eſt. Sed cùm nomen tam recens ſit, quo nomine priùs noti, & unde, ſi non indigenæ, eò delati, non tam facile eſt expedire. *Conſentiens hodie omnium ferè eruditorum eſt opinio* (inquit eruditiſſimus Ciſnerus) *Saxones à Sagis, vel Sacis originem ducere; de quibus Herodotus*, &c. Hos autem Sacas ſub Scytharum (Aſiaticorum ſci.) genere ac nomine comprehendunt antiqui plures. ad Cappadoces autem Ponticos uſque victoriis ſuis & incurſionibus proceſſiſſe Strabo author eſt. Eoſdem ad Perſas quoque progreſſos eſſe, alii tradunt: unde à Perſis omnes univerſim Scythæ *Sacæ* nuncupati, ut qui ex omnibus illis notiſſimi. Οἱ ὑ Πέρσαι πάντες τοὺ Σκύθας καλέουσι Σάκας: quo loco etiam habitum Sacarum deſcribit talem, qui Scytho-Germanis optimè conveniat.

Non defuerunt qui Saxones, Axones dictos aſſererent, ex Ponto Axeno qui poſtea Euxenus. Sed meritò hæc conjectura exploditur, quum certum ſit non tam antiquum eſſe iſtud, (ſive *Axenos* legas, ſive *Saxones*) indigitamentum. Alii ex Cimbris originē repe-

tunt,

tunt, quos cum Cimmeriis nescio quàm rectè, (inter quos & veteres multi) confundunt: quorum opinionem multis exagitat Cluverius. Cimmerios certè extrema Ponti, sive Mæoticam paludem & vicina loca (sive ut indigenas, ut nonnulli: sive ut advenas, ut alii:) diu insedisse, unde & Bosphorus Cimmerius, qui aliis Mæoticus, satis constat.

In hac tantâ & rerum ipsarum obscuritate, & opinionum varietate, non meum, neque fortasse cujusquam vel diligentissimi, quicquam certò statuere. Ut autem maximè verisimile sit, Saxones ex Ponticis oris & ponticâ Chersoneso, ubi promiscuè Græcos & Scythas habitasse priùs ostendimus, in Cimbricam Chersonesum & Germanici maris oras illas Septentrionales profectos esse; hæc inducunt me ut credam. Primò quidem, disertum Ptolemæi testimonium, qui non illos tantùm, de quibus egimus, Sacas in Asiâ constituit; sed & *Sasones* nominat, Scythiæ populum, à Sacis oriundum. Cùm autem idem Ptolemæus Saxones in Europâ eodem tempore constituat,

probabile

probabile eſt, tam Aſiaticos illos, quàm Europæos hos ex uno aliquo loco profectos, in diverſas orbis partes expeditiones ſuſcepiſſe; &, vel antiquum nomen, quamvis eo nomine ante Ptolemæi ætatem, aut paulò ante, Græcis Geographis non innotuerint, retinuiſſe: vel hoc novum, ab armis, & ſuſceptæ profectionis conſilio ipſos ſibi indidiſſe. Eum autem locum, ex quo profecti ſunt, cùm ex Ponticis oris & Ponticâ Cherſoneſo variis temporibus in varias terras ingens ſeſe colluvies effuderit, Pontum fuiſſe, aut Ponto vicina loca, valdè probabile eſt. Sed ut ita credamus, præcipuè ſuadet propior iſta quam docuimus affinitas linguarum.

Secundò, quòd mari aſſueti, & maritima loca conſectati, ut plurimùm Saxones: quod Pontici litoris accolis, & nunc ἀποίκοις, optimè conveniat.

Tertiò, quòd in moribus Getarum, ut ab Ovidio, oculato teſte, deſcribuntur, haud pauca, quæ cum Saxonum moribus & inſtitutis optimè conveniant. Saxones, ut notum, cæſariem alebant & ad humeros uſq; demittebant.

Getæ

Getæ pariter. *Vox fera, trux vultus,* (truces *& cærulei oculi,* de Germanis Tacitus:) *veriſſima mortis imago: Non coma, non ullâ barba reſecta manu.* Et Eleg. X. *Quos ut non timeas, poſſis odiſſe videndo, Pellibus,* (de Germanis idem Tacitus, *Gerunt & ferarum pelles,* &c.) *& longâ corpora tecta comâ.*

Saxones cultro accincti eſſe ſolebant, quem **Seaxe**, indigitabant, eóque miniſtro ad cædes prompti. Nota hiſtoria ſtragis Salisburienſis (in Anglia) ad quam nota illa verborum formula, velut teſſera militaris, aut claſſicum præivit, **Nemam eour ſeaxes.** (vel ut ſcribi debere monebat Somnerus meus, **nymath eower ſeaxes**:) ſtringite gladios. Simile eorum factum narrat (ut & aliis obſervatum) Wittikindus Monachus, atque à majoribus illis cultris, quos ipſe **ſachs** indigitatos tradit, quibus cædem illam Thuringorum perpetrarunt, Saxonibus nomen inditum contendit: quam nominis rationem probat & Butherus in ſuis ad Taciti Germaniam commentationibus. De quo mox plura. De Getis autem Ovidius,

Dextera

Dextera non ſegnis ſtricto dare vulnera ferro;
Quem vinctum lateri, * *Barbarus omnis habet.*

* id eſt, Geta omnis, ut alibi, *Barbara lingua*, id eſt, Getica.

Plura alius inveniet fortaſſe, cui omnia colligere, quæ de Getis ſparſim paſsímque Poëta, vacaverit. Cæterùm de Etymologia verbi *Saxones*, quamvis Ciſnero aliíſque concedamus, falli Wittikindum, qui ab illâ Thuringorum cæde repetit, quod multò antiquius eſſe certum eſt: nihil obſtat tamen, quin ita jam olim, cùm primùm Cimbricas oras appulerunt, vel etiam antè, appellati fuerint. Ut & Scythæ, à ſagittando: & Longobardi, Germanorum & ipſi Cimbrorúmque progenies, ex longis, non barbis, ſed haſtis. Nec minùs probabile eſt illud Etymum, quàm quod ex *Sacis* Ciſnero aliíſque probatur. Huc etiam facit fortaſſe quæ doctiſſimo Camerario de voce σκύθη in *Theſauro* ſuo obſervata. Docet enim ex Pauſaniâ & Theognide, σκύθην vocatum propriè ferrum, quo caput tonderetur: unde manaverit vox ἀποσκυθίσαι: quod tamen aliter ab aliis exponi non neſcimus. Sed ſive Græca vox

eſt

eſt σκύθη primitùs, ſive Scythica, quin altera ab alterâ (vel ſcar, à σκύθη; vel σκύθη, ex ſcar:) profluxerit, ego vix dubito: cùm τὸ θ in medio verbi ſæpe deperdi in σπιδαμὴ aliiſque obſervaverimus; ſed & hodiéque ferrum meſſorium ſive falcem vocent Angli **a ſythe.** Ne quis autem miretur armorum nomen ad ruſticam ſupellectilem tranſlatum; haud diſſimili ratione vomerem aratri vocant hodie Angli cultrum, **a coulter.** De litera *c.* vel *x.* pereunte, aliquid in Hebraicis.

Jam quod Dio teſtatur apud Græco-Scythas illos Boryſthenicos tantâ in veneratione Homerum Poëtam fuiſſe, ut propè pro Deo haberent, ac ſolum ex omnibus Poëtis agnoſcerent; magnum hinc argumentum, Saxonicam linguam illic olim viguiſſe. Plurima certè Anglici ſermonis in Homero; aut Homeri potiùs in Anglico ſermone tum in verbis ſingularibus, tum phraſibus & idiotiſmis animadvertimus olim veſtigia, quorum collectionem, ſi relegendi aliquando nunquam ſatis lecti aut laudati poëmatis illius otium & opportunitas ſuppetat, libenter promiſerim;

miserim; quanquam libentiùs ab alio tum Anglici tum Græci peritiore sermonis expectaturus. Hujus generis est vox Anglica **tyde** de homine cui supra molem corporis robur aut ingenium superat: ex Homerico scilicet illo Tydeo, de quo Poëta;

Τυδεΐδης τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

Hujus generis alia non pauca notavimus in verborum collectione: ut in ῥῶπες, & ποδήκλης, & βώκλης; aliísque, in quibus Homerus laudatus: interdum & illustratus. Jam Dionis, quia insignis est locus, verba hîc apponam, & desinam.

Dio Chrysost. Orat. XXXVI. *de studio Borysthenitarum erga Homerum.*

Σχεδὸν γὰρ καὶ πάντες οἱ Βορυσθενῖται ποδὲ τὴν ποίησιν ἐσπουδάκασιν, ἴσως διὰ τὸ πολεμικοὶ εἶναι καὶ νῦν· εἰ μὴ ἄρα καὶ τοῦτο πρὸς τὸν Ἀχιλλέα εὔνοιαν· τεθνεῶτα μὲν γὰρ ὑπερφυῶς τιμῶσι, καὶ νεὼν τὸν μὲν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Ἀχιλλέως καλουμένῃ ἱδρυσθαι· τὸν δὲ ἐν τῇ πόλει. ὥστε ὀδὲ ἀκούειν ὑπὲρ ὀδενὸς ἄλλου θέλουσιν, ἢ Ὁμήρου

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [410] - 398
PUBLIC DOMAIN

μήρυ. καὶ τἆλλα ὀκέπ σαφῶς ἑλληνίζοντες, διὰ τὸ ἐν μέσοις οἰκεῖν τοῖς βαρβάροις. ὅμως τῳ γε Ἰλιάδα ὀλίγυ πάντες ἴσασιν ἀπὸ στόματος.

Corollarium.

LIceret jam nobis per æquum lectorem fortaſſe deſinere; non eo tantùm ſenſu, quo Cicero alicubi de Æſopo hiſtrione; ſed ut jam perfunctis & fide præſtitâ. Corollarii tamen loco, quando de linguâ Anglicâ tota hæc diſſertatio fuit, erit brevis diſquiſitio, An illi benè de linguâ patriâ mereantur, qui verbis exoticis undique corraſis illam locupletare (ita enim obtendunt multi) ſatagunt. Paſſim enim occurrunt doctorum querelæ, corrumpi linguas hac loquendi farragine, non ornari. Quare quid nobis videatur, paucis hîc indicabimus. Ac primum illud ſtatuimus, copiam verborum multum ad eloquentiam conferre, quantóque quæque lingua amplior & locupletior eſt, tantò uberiores iſtius generis fructus ſperari poſſe. Nihil futilius Grammatici neſcio cujus in Æneidem primâ obſervatione, copulam,

&,

&, apud Latinos diversas res semper copulare, cùm ad exaggerandam orationem (quæ pars eloquentiæ potissima) sæpiùs adhibeatur. Quanquam etiam sine copula (quæ oratio vocatur ἀσύνδετον) plura ejusdem significationis verba eleganter conjungantur; quale illud Terentii, *Abiit, evasit, erupit:* &, *Vetus, vietus, veternosus, senex:* & in Cicerone, Gellio observata, *vastare, exinanire, spoliare;* &, *decepit, fefellit, induxit:* de quibus & similibus rectè idem judicat, *unam eandémque rem pluribus verbis vehementer atque atrociter dici: — quæ quanquam eadem ferè sint, & ex una sententia oriantur, plura tamen esse existimantur, quoniam aures & animum sæpiùs feriunt.* Sed legat lector quæ toto illo capite à doctissimo viro doctissimè disputantur, & allatis ex Homero aliisq; exemplis pluribus, illustrantur. Hoc magis miremur. Est quoddam genus dicendi concisum, ac vibrantibus & contortis sententiolis, quasi spiculis, inclusum: qualis Senecæ Philosophi oratio, ut plurimùm. Ab hoc genere cum copiam verborum brevitas sententiarum videatur excludere,

A. Gell. lib. XIII. cap. 23.

dere, nullum tamen genus, ſi propiùs introſpicias, in quo verba magis luxuriant: ut bona pars eorum quæ in Senecâ maximè vulgò placent, perierit, ſi quæ per diverſa verba ſæpius repetuntur, ab illo dempſeris. Sed hæc alii pluribus, neque nos id nunc agimus.

Ad verſiones librorum aliâ linguâ ſcriptorum quàm neceſſaria ſit verborum Synonymorũ copia, fidem faciant ſacræ Teſtamenti utriuſque literæ, ubi tam frequens eorum uſus, ut vix interdum Latinæ linguæ ſufficiant opes; & Anglicæ bonam copiam ſine dedecore liceat ejurare. Sed hæc vulgaria. Illud haud adeò protritum fortaſſe, ad conſummatiſſimam ſive in Oratoribus ſive Poëtis eloquentiæ laudem copiam verborum multum conferre; non quatenus eſt copia per ſe (quod alterius eſt laudis, de quâ jam diximus:) ſed quatenus in copiâ delectus, quem cum arte (ubi opus eſt) adhibere, ut verba cum naturâ rerum congruant, pauci quidem qui norunt, ſed qui norunt, laudem ſummorum ac divinorum ingeniorum meritò conſequantur. Hac præcipuè laude excelluit & tantâ apũd omnes,

quibus de meliore luto præcordia, in admiratione fuit Homerus: quem ideo dicebat Ariſtoteles μόνον ἐνέμφυσα ποιεῖν τὰ ὀνόματα, vitam verbis infundere, ut qui illum legerent, non ſcripta legere, ſed res ipſas ſpectare crederent. De mirifico hoc verborum cum rebus conſenſu plura nobis alibi dicta. Quia autem pauci ſunt, qui iſta vel capiant, vel iis capiantur, quòd quantò ars eſt exquiſitior, tantò peritiorem requirit judicem; exemplo uno aut altero rem illuſtrare non gravabor.

Multa ſunt hujus generis quæ veteres Grammatici Rhetoréſque in Homero obſervarunt, ac miris laudibus extulerunt: qui ſanè unus plura in hoc genere ſuppeditat, quàm omnia omnium mortalium ſcripta qualiacunque. Poſt Homerum, ſecunda Virgilio laus meritò tribuatur. Sed nos illis omiſſis, ex ſacri Codicis Verſionibus exemplum ſumemus. Sublimis & exquiſitæ in ſuo genere orationis, Pſalmus CVII. quo divina providentia à divino vate, exemplis ex quotidianâ petitis experientiâ, ſed ſummo artificio aſſeritur. Ejus Pſalmi verſus 26. in vetere (ita vulgò vocant,

tant, quamvis ſit hujus ſæculi) Anglicâ verſione ita habet: **They are carried up to the heaven, and downe againe to the deep**, &c. recentior autem, **They mount up to the heaven; they goe downe againe to the depths**, &c. Pauci fortaſſe diſcrimen obſervant, neq; ipſos qui mutarunt hoc ſpectaſſe præſtare auſim: cæterùm ſi quis Ariſtotelicâ aure legat, mirum quantum diſcrimen ex unâ illâ peregrinâ & aſcititiâ voculâ **mount**, quæ huic loco ad ἐνέργειαν, & rem ipſam de qua agitur ob oculos ponendam appoſitiſſima eſt, & ut ita dicam, φυσικῶτατα. Non ſolùm enim vaſti illi ſævientis Oceani fluctus cum montibus jucundiſſimè comparantur (quod nec omiſit Virgilius in tempeſtatis deſcriptione, qui iſtâ comparatione bis ibi, térve utitur; *montes volvuntur aquarum*, &c.) ſed & in ipſa verbi **mount** compoſitione & pronuntiatione neſcio quid arduum & præruptum, quod pronuntiantibus ſpeciem nitentium quandam ac laborantium ingerit. Sed & hoc Virgilianæ fuit artis, ut in hac re verſum monoſyllabo terminaret, —— *præruptus aquæ mons*. Tanti erat hoc ver-

bum civitate Anglicâ donare, ut hîc legeretur: quanquam ut hunc usum præstaret, multum contulit pronuntiatio, quæ illi ex genio sermonis Anglici accessit.

Sed unde proprias possit opes Anglica lingua jactare aliud ibi specimen. Notum quas voces Grammatici naturales & ὀνομαλοπεποιημένας vocent. Ut igitur *balatus* ovium proprius, & *hinnitus* equorum, & æris *tinnitus*, & tubarum *clangor*; ita & vox *stridor*, ut catenarum propria à Sancto Augustino commemoratur. Quod autem propriè ac naturaliter catenæ dicantur *stridêre*, inde est opinor, ex sono illo caninæ literæ asperiore & horridiore cum sibilâ conjuncto. Confert aliquid & stridula vocalis *i*, ut in *tinnitu*; quod æris proprium. Talis vox mihi videtur & Latina *ferrum*, in quâ geminum *r* rigorem illum ferri proprium pulchrè imitatur: unde & Græcis σιδηρον, quod nos durum, & rigidum vocamus. Laudatur illud Lucretii,

---*ferræ stridentis acerbum Horrorem*:

quantò magis illud ejusdem versionis, de confractis æneis portis, & vectibus seu

ſeu repagulis ferreis diſruptis, ejuſdem Pſalmi verſu 16. **For he hath broken the gates of braſſe, and cut the barres of yron in ſunder:** quibus tum confringentis ac ſummo quaſi robore nitentis ac prævalentis actio; tum ferri ipſius quaſi obluctantis & ἀντιλυπῦντος durities, ex ſingularum ferè literarum propriâ poteſtate, & appoſitâ collocatione ὡς ἐναργέσταλα (ut mihi quidem videtur) ob oculos ponitur.

Hæc & ejuſmodi alia legentibus, non minore (ſi non inſipidum palatum) voluptate afficitur animus, quàm opera Apellis alicujus, aut Polycleti curioſè ac cum judicio ſpectantibus. Quod enim in illis placet, imitatio naturæ, non minùs hîc inſigne eſt; & tantò fortaſſe major admiratio, quantò voces ad animum penetrare, quàm colores & figuræ naturâ ſuâ ſunt idoneæ.

Hos igitur in uſus ſi quis ampliando & locupletando ſermoni ſtudeat, haud ille malè de eo mereri, meâ ſententiâ, cenſendus ſit: hac tamen conditione, ut dum aliena mutuatur, propria non negligat aut faſtidiat; & id ſedulò caveatur, ne novorum introductio, vete-

rum fit abolitio. Quod contrà fit à pleriſque, qui non ut locupletent linguam, peregrina mutuantur, ſed quòd nota & communia faſtidiant; peſſimâ & ineptiſſimâ pleriq; perſuaſione, quaſi ſapere eos ſupra vulgus neceſſe eſſet, qui vulgari ſermone contenti non ſunt.

Quantum ingenio valerent Angli, ut alia omittam, fidem faciant ſcripta, quæ funeſtiſſimis hiſce temporibus utrinque in lucem prodierunt. Sed ita ſunt à naturâ plerique comparati, ut quæ in medio poſita ſunt, inſuper habeant, & aliena tam in ſermone, quàm moribus & cultu conſectentur: qui ſi ingenii ſui vim, quo pollent, & induſtriam, ad patriæ linguæ theſauros eruendos potiùs conferrent, quàm ad legendos alieni ſoli floſculos; in majore apud exteros honore pridem fuiſſet Anglica lingua, & nobis hujus Diſſertationis occaſio dudum prærepta eſſet. Gaudebo certè, ſi alii noſtro exemplo incitati, quod nos inchoavimus, melioribus ipſi auſpiciis, & neceſſariis ad tantum opus præſidiis inſtructiores perfecerint.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [418] - 406
PUBLIC DOMAIN

Addenda, & suis locis inserenda.

PAg.3.lin.14. post,potest. Hinc illa Johannis Philoponi de Græcarum dialectorum ortu: Διαπαφέντων δὲ τέλων, inquit ille, εἰς πλείονας τόπους, καὶ τῷ αὐτῷ φωνῷ οὐκ ἔτι φυλαξάντων, ἀλλὰ τῇ τῶν τόπων μεταβολῇ ἅμα καὶ τῷ φωνῷ μεταβαλλόντων, σωέβη διαλέκτους λέξεως. Ita editum: sed puto legendum, γενέσεως: & verto; *In varia autem terrarum loca dispersis illis,* (Hellenis posteris scil.) *& eundem sermonem non amplius servantibus, sed pro locorum varietate sermonem quoque variantibus, ita extiterunt quæ vocantur dialecti.* Ab Orbe condito, &c. Joh. Grãmaticus, in Τεχνικοῖς.

Pag. 9. l. 17. adde ibi ad oram adversam, Dan.II.41.

Pag.44.l.6. post, impeteret. Quanquam autem satis caviſſe me puto, ne viro docto, vitâ pridem functo, in sententiâ ejus vel aliter accipiendâ vel referendâ ulla à me (quod vulgò fieri solet) fieret injuria; quia tamen magna

res agitur, & tantæ molis liber non est cuivis obvius aut parabilis, rem gratam Lectori non uni facturum me censui, si totum illum, contra quem pugnamus locum, bonâ fide hîc repræsentaremus.

Cluver. Germ. Ant. lib. I. c. 8. edit. Lugdun. Batav. Elzevirianæ. a.d. 1616. pag. 73, & 74. *Sed nec eorum judicium probandum, qui, ubi aliquod vocabulum in linguâ nostrâ Celticâ occurrit, quod vel Græco, vel Latino, vel Hebraico, vel Persico, vel alîus cujuspiam gentis vocabulo sit par atque simile; protinus, id nos inde habere, exclamant. Unus quum fuerit initio rerum in terris sermo, quo omnes pariter inter se, ante Babylonis fundamenta, usi sunt mortales; quémque posteà ad urbis Babylonicæ ædificationem Deus, rerum omnium conditor ac moderator, non omnino è medio sustulit, novis exinde linguis creatis, sed tantùm in varia* ἰδιώματα, *ut suprà dictum, variásque* διαλέκτους, *confudit, seu potiùs dissipavit: quid mirum, si diversissimæ longéque inter se remotissimæ per universum terræ orbem gentes multa communia habeant etiamnum rerum vocabula? Exempla eorum pauca quædam*

dam ob oculos poſuiſſe, haud alienum fuerit. Ægyptii & Arabes, Germaníque & Hiſpani ac Galli, ſupremum illud verúmque numen, omnium rerum principium, ſuâ quiq; linguâ dixêre Theuth, *Græci etiam* Θεὸς, Δεὺς *&* Ζεὺς, *& Latini* Deus : *Græci item aliâ dialecto, unà cum Germanis noſtris* **Dan** ; *ut certiſſimis documentis infrà ſuo loco oſtendetur. Græcis ſumma pars hominis dicitur* κεφαλὴ, *Sinis, Indicæ genti,* **koppalah**; *Germanis* **kopf**, *& aliâ dialecto* **kop** ; *Latinis* caput. *Latinis negandi particula eſt* non ; *Germanis, variis dialectis,* **nein, neen, nee, nep.** *&* **na** ; *quorum hoc commune cum prædictis Sinis habent : Hiſpanis, Italis, & Anglis* **no** ; *Sarmatis, ſive Slavis,* ne, *&* nie. *Adfirmandi particula Germanis, & Sinis eſt* **ja.** *Quæ particula Latinis eſt* apud, *Danis dicitur* **hos**, *& eodem Græcis nonnumquam vocabulo* ὡς. *Quod Græcis eſt* ὅτι, *Latinis dicitur* uti, *vel* ut ; *Danis* **at.** *Latinis qui eſt oculus, Germanis vocatur* **auge**, *&* **oge** ; *Sarmatis* **oko.** *Latinis quæ* auris ; *Germanis eſt* **oor.** *Qui Græcis* πῦς, *Latinis eſt* pes ; *Germanis* **fuus**, *quaſi* **pfuus**, *& aliis dialectis* **fuut, foot** ;

foot; *ut Græcorum Latinorúmq;* pater, *Germanis* fater. *Quæ Græcis eſt* μήτηρ, *Latinis dicitur* mater; *Perſis* mader; *Germanis* mutter, muter, munder, & moder: *Anglis* mother; *Sarmatis* máterz, mácz, & máti; *Ægyptiis* muth. *Quæ Latinis eſt* ſepes, *Pœnis atque Hebræis dicitur* gadir, *ſeu* gader; *nobis Germanis* gadder, & *aliâ dialecto* gitter. *Quod Lat. dicitur* eſt, *Græcis ſonat* ἐσὶ, *Sarmatis* jeſt, *vel* geſt, *Germanis* iſt, is, & es: *neq; tamen hujus vocis vel indicativus, vel infinitivus modus in omnibus prædictarum gentium linguis idem vel ſimilis eſt. pluralis nihilo minùs indicativi apud Latinos eſt* ſunt, *apud Germanos* ſein, ſeind, & ſind, *apud Sarmatas Polonos,* ſa; *quod penè idem ſonat quod* ſon. *Germanis prima indicativi hujus verbi eſt* ich bin: *hunc modum Angli non agnoſcunt: interim tamen imperativum & ſubjunctivum habent* be, & *infinitivum* to be; *quæ Germanicè ſcripſeris* bie, *ſive* bp. *Sarmatæ item indicativi præteritum habent* byt, & *futurum* bede, *quaſi* benden; & *imperativum* badz, *quaſi* bontſch; *cum reliquis perſonis, ac numero: infinitivum*

quoque

quoq; bycz, *& participium* bedac, *quaſi* bendontz. *Latinis idem infinitivus eſt* eſſe; *Germanis* ſein, ſin, *&* ſyn; *Græcis* εἶναι. *Iiſdem his ab eo indicativus eſt* εἰμὶ, *cui eâdem ratione ſimile eſt Latinorum* ſum, *ut illi* εἰμὶ, *Germanorum* ſein. *ſed longè propiùs ad* εἰμὶ *accedit Anglorum* am. *Jam verò Latinorum* ſum, *Sarmatis eſt* gſem, *&* jeſtem: *illorum* es, *his* ſy, *&* jeſtes'. *Subſtantivus Latinorum* ſim, ſis, ſit, *Germanis eſt* ſeie, ſeieſt, ſeie. *Horum atque talium, quæ innumera univerſo orbe, non modò in hanc noſtram inſulam, quam Europæ, Aſiæ, Africæque nominibus diſtinguimus, ſed in Americam etiam ſunt ſparſa, quum noſtri illi homines, qui de linguis diſſerunt, rationem reddere omnino nequeant, quando & quomodò à gentibus ad gentes, quàm longiſſimè inter ſe diſſitas, ſibique invicem maximè ignotas, pervenerint, caſu id accidiſſe, tandem ſtatuunt. Egregium ſanè judicium, in re tam ſeriâ, ac gravi! De uno atque altero verbo, vel etiam tertio, ac quarto, imò de centeſimo, ſi ita lubeat, ego conceſſerim. at de mille, vel etiam millibus, quis ſanæ mentis homo credat? Oportet ſanè, eò*

recur-

recurramus, quò antè dixi. nempe hæc omnia ex primævâ illâ linguâ in variis dialectis atque idiomatibus, quæ inde apud Babylonem nata ſunt, perpetuò in poſterum manſiſſe. Quamquam non negaverim, etiam poſtmodò quædam vocabula à nationibus in nationes tranſiſſe. nempe ea, quorum res ipſas antè non habuerunt. exempli gratiâ; quis non credat verbum ſchreiben, *ſive* ſchriven *nos habuiſſe à Romanorum* ſcribere? *quando rem ipſam ab eâdem gente primùm accepimus. Sic exoticarum avium, ferarum, piſcium, plantarum, aromatum, & aliarum rerum vocabula, denique artium & actionum innumeræ adpellationes in noſtram invectæ fuerunt poſterioribus temporibus linguam. At earum rerum, & actionum, quæ jam inde à gentis primordio fuerunt in gente, quis temerè crediderit, vocabula Germanos non habuiſſe, donec ea ab exteris populis acceperint; aut, quum habuerint, poſteà externis permutaſſe? Neque enim novarum rerum tam avidi fuerunt priſci illi Germani, quàm nunc ſumus, in linguis pariter ac moribus. quod cuivis, Latinos ſimul Græcóſque rerum ſcriptores*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [424] - 412
PUBLIC DOMAIN

res legenti, dispicere facillimum est.

Cæterùm, de primævâ illâ linguâ ut pauca quædam etiam heic dicam; minimè eorum proba mihi videtur sententia, qui Hebraicam hanc fuisse statuunt: à quâ illi, non modò omneis alias per totum terrarum orbem linguas, sed nostram quoque Germanicam, id est, Celticam, derivatam arbitrantur. Hoc si verum; certè plurima pars Hebraicæ linguæ jam multis abhinc sæculis interiit. quippe cùm illa, quæ modò retuli, tùm innumerabilia alia linguarum peritis colligere licet vocabula, quæ in diversarum longissiméque remotarum gentium sermone eamdem vim, eumdémque ferè sonum habent; nullo tamen pacto ad Hebraicam originem, vel etymologiam redigi possunt. Sententiæ suæ maximum omnium illis est argumentum, quòd hominum, qui ante terrarum inundationem, linguæque primævæ confusionem vixerunt, propria nomina Hebraicam habeant etymologiam. Ad hoc duplici modo iis responderi potest. aut ea quoque nomina ex antiquâ illâ ac primævâ linguâ Hebræis mansisse; aut, quod potiùs crediderim, Hebræos, post gentium dispersionem

sionem, ita ea suâ linguâ, seu dialecto nuper exortâ, interpretatos esse; quum alia ac longè diversa fuerint in linguâ primævâ. Nam idem usu venisse in reliquis gentium linguis, quis negaverit? Equidem ego, qui alioquin in rebus divinis temerè nugari, nefas duxerim, ita mecum ipse statuo; primam illam mortalium linguam nullibi adparere, nec umquam adparituram, donec, secundùm ipsius filii Dei Jesu Christi verba, quæ divus Joannes in Evangelio, c. X. v. 16. refert, μία fuerit omnium Dei electorum ποίμνη, ἕις ποιμὴν, *hoc est*, unus grex, unus pastor: *id est, in vitâ illâ futurâ, beatâ, atque æternâ.*

Pag. 202. l. 23. post **widuſve**. Talia sunt & σκώπτειν, **to scoffe**: (ut τὸ γελᾶν, **to laugh**, omittamus:) μωκᾶσθαι, **to mock**: γωρίᾶν, **to jeere**: τωδάζειν, **to twit**, & **to tawnt**: συφελίζειν, vel φαυλίζειν, **to flout**: Item, ἐρεχελεῖν, **to rattle**: ἀράσσειν, **to rate**; &c. quæ qui collectionem à nobis exhibitam cum curâ legent, facilè per se observabunt. Multa enim studiosi Lectoris industriæ reliquimus.

Pag. 208. l. 17. post, **ridge of an hill**. De literâ *d.* inserta, vide in verbo βελόνη §

κόνη ; & exempla paſſim in collectione, ut in λέγνον, κρῆμα, πηλὸς, &c. Plurima addi poſſent, ut ſella, **a ſaddle**, &c. ſed hoc ſemel dictum ſit, nullam in toto Alphabeto literam aliam eſſe, quâ magis in formandis & transferendis ex aliâ linguâ verbis delectentur Angli. Hinc etiam in terminationibus verborum crebra, ut ſonus, **a ſound**, &c. Excìdit tamen interdum, de quo plura in Ἔνδιον.

Pag. 225. l. 16. poſt *ægrotus*. De verbis autem in eâdem linguâ à primævâ ſignificatione quaſi deſciſcentibus, & aliud alio tempore ſignificantibus, incidi nuper in Choeroboſci, Græci neſcio cujus ætatis Grammatici, ſuper eo obſervationem, quâ multa congeruntur iſtius generis verba Græca ; non indignam meo judicio, quæ hîc apponatur. Eos alloquitur τοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ῥήμασι κανόνας ζητοῦντας καὶ ὁμοιότητας : Ait autem inter alia : Εὕροι γὰρ ἄν τις σκοπῶν λέξεις πλείστας, αἷς ἄλλως μὲν οἱ πάλαι ἐχρῶντο ἄνθρωποι, ἄλλως δ' οἱ νῦν. Καὶ αἱ τοῖς πάλαι ἦσαι ἐν χρήσει, παρεωράθησαν, καὶ ἀπερρίφθησαν ὕστερον. Ἰδοὺ γὰρ τὸ πύργαννος βασιλικὸν ἦν ὄνομα πρότερον, βλασφημεῖται νῦν. Καὶ τὸ

χυδαῖοι,

χυδαῖοι, οἱ πεπλημμυρισμένοι ἀπὸ τ χύδην λεγόμενον, νῦν ὅτι ὀνειδισμῷ λαμβάνε. καὶ τὸ πανῦργον ὅτι φρονίμων λαμβανόμενον πρότερον, βλασφημεῖ νῦν· καὶ τὸ ἔξαισιον, καὶ ἔκδικον τὸ ἔξω τ αἰσίως καὶ δικαίως ἐλέγετο, νῦν δὲ ὅτι κακῶς λαμβάνε· καὶ τὸ ἀνόσιον, πάλαι μὲ τ ἄτοφον ἐδήλου, νῦν δὲ τ ἀσεβῆ· καὶ τὸ καθοσιωμένον, πάλαι μὲ τ ὅσιον ἐδήλου, νῦν δὲ τ ἀφιερωμένον· καὶ τὸ κάθαρμα ἀπὸ τ καθαίρω, καὶ τὸ ἄγον, καὶ τὸ ἐναγὴς ἀπὸ ἄζω τὸ σέβομαι μνόμενα, πάλαι μὲ ὅτι ἐπαινῶ ἐλαμβάνοντο, νῦν δὲ ὅτι ψόγω· τὸ δὲ πανάγης ὅτι ἐπαινῶ μόνον ἀπὸ τ ἁγνῶς φθεγγόμενον· καὶ μυρία ἕτερα εὕροι τις ἂν τοιαῦτα ἐξελάζων, ἃ χρὴ κτ τ προσήκοντα λόγον ἑκάστῳ ἀνάγειν ὡς εἰς λιμένα πρὰ εἰς τὸ προσήκοντας ἐκ τ τεσσάρων τ ὀρθογραφίας κανόνων· ἀναλογίαν, φημὶ, διάλεκτον, ἐτυμολογίαν, καὶ ἰδιότητα. Quanquam nihil in verbis obſcurum, in eorum tamen qui Græca non intelligunt, gratiam, non pigebit Latinè vertere. *Porrò, ſi quis id ſibi proponat, multas ille voces reperiet, quibus aliter uſi ſint veteres, quàm qui nunc ſunt homines: ut eas omittam, quæ quæ cum olim eſſent in uſu, poſteà contemptæ penitùs exoleverunt. Ecce vox* τύραννος, *regium quondam nomen, nunc contumeliæ*

De his quatuor recti ſermonis canonibus plura Grãmatici veteres; auctor Etymologici, aliique.

contumeliæ verbum. Ita & τὸ χυδαῖος, propriè multiplicati, ex adverbio χύδην: nunc opprobrioſum: quomodo & vox πανοῦργος, prudentem olim ſignificans, nunc vitii nomen. Ut contrà τὸ ἐξαίσιον, & τὸ ἔκδικον, propriè quod extra jus & fas innuentia; nunc in laude ſunt. Vox ἀνόσιος quæ olim inſepultum propriè ſignificabat, nunc impium. Vox καθωσιωμένος, olim juſtum & ſanctũ; nunc antiſtitem. Κάθαγμα, ex verbo καθαίρω; & vox ἅγος, & ἐναγὴς, ex verbo ἄζω, veneror, orta: quondam laudis, nunc improperii vocabula. Solum nunc παναγὴς ejuſdem originis verbum, quod in bonam partem accipitur. Talia ſexcenta qui paulò diligentiùs iſta ſcrutabitur, inveniet; quæ pro cujuſque naturæ ratione ad unum aliquem qui propriè illi competit quatuor illorum recti ſermonis canonum, tanquam ad tutum aliquem portum oportet ſingula perducere: analogiam dico; dialectum, etymologiam, & hiſtoriam.


Pag. 232. l. 26. lege, quæ facere, operari, miniſt.

Pag. 287. l. 18. poſt, to chat. Item κωλλιφᾶν, δολίως ἀπατᾶν, κολακεύειν, adulari, decipere, Heſychio: & κώπλος, πανοῦργος,

πανῦργος, ἀπάλης, δόλιος, &c. verſutus, vafer, doloſus, impoſtor; **to cheat**, & **a cheater**. Sciat autem Lector hac additione non id agere nos, ut noſtra collectio creſcat, cum legenti plurima quotidie ſe offerant, quæ prudens prætereo: ſed quòd illa præcipuè verba ſint ad id quod volumus & hoc opere ſuſcepimus obſervatione ante alia digniſſima, in quibus πολυσημία verbi Anglici, πολυσημία Græci reſpondet. Tale verbum χειπίζω, & χείπσμα; de quo pag. 211. &c. & 215. In collectione autem, multa. Vide in δύφν, & δἀίφν· in λέγφν; λύφν; & ὄλλυμι: & in μανιάχις; ὀρέγω, &c. Dicam liberè, quod ſentio. Vix ulla lingua, Italica, Hiſpanicáve, ſuæ traductionis indicia majora aut manifeſtiora ſuppeditat. Jam ubi de declinationibus & caſuum Saxonicorum terminatione agimus, etiam de Accuſativo Saxonico debuimus addere, quē more Græco in *n* ut plurimùm deſinere certum eſt. Exempla ſatis obvia; nec nobis nunc immorari vacat.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [430] - 418
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [431] - -

PUBLIC DOMAIN

In eorum gratiam qui Saxonicorum Lectioni non assueverunt, Alphabetum Saxonicum hic præmittendum duximus.

A b c ↄ Є e ꝼ ȝ h ı ĸ l ᛗ n
A b c d E e f g h i k l M n

o p q ꝓ ẟ ꝛ ᴛ u ꝩ x ẏ ſ Æ æ
o p q r S ſ t u w x y Æ æ æ

Ð ð þ ꝥ ƿ ȝ
Th th th and that .

GUILIELMI SOMNERI,

Cantuarienſis, ad verba vetera Germanica, à V. Cl. Juſto Lipſio, Epiſt. Cent. III. *ad Belgas*, Epiſt. XLIV. collecta: *Notæ.

* De his, vide ſuprà, pag. 143. 144.

Nomina.

A Balgi, Ira. vide **Balgon**] Saxonum Æbylgnyrre, aliàs Æbilhðe, quod ab eorum Æbilgian. i. exaſperare, irritare, fluens, irritationem, indignationem, notat.

Abirthu, Poſtea] Sax. Æfterþam.

Aruſin, Curis. ut Galli *Ruſes*.

Adzo, Diluculo] Hodie nobis **Rath**.

After, Secundùm] Quâ acceptione vox iſta nobis Anglis vel hodie nota. Saxonibus Æfter.

After allo, Uſquequaque] Videtur eſſe **after all**.

Abkingo, Numerum. Æſtima kunnen

Alendt, Inſulæ] Rectiùs fortè **Alendt**,

cui vicinum Saxonum ealonꝺ, quaſi **waterland**; voce conflatâ ex ea, Sax. aqua,& lonꝺ,(nobis hodie **lanꝺ**) terra. Terra ſcil. aqua circumſepta, alio nomine ıʒoþe, (unde fortè noſtratium **eıght**, eo ſenſu) ut & ıʒlanꝺ,unde noſtrum **Ilanꝺ**, g. extrito.

Aleſvon, Reliquiæ] Eopſe ſenſu Saxonibus laſa, Vidua etiam hinc eis dicta laſ, quaſi quondam viri ſui Relicta. Hinc porro noſtratium **to leave**, pro relinquere.

Ambacytman, Miniſtri: quod Cæſar & Feſtus *Clientem* Gallis ſignificare notant] Sax. embeꝺꝺman, ab eorum embeaꝺꝺian, miniſtrare.

Anagen, Principium: & **Annagenni**, Initio] Hoc Sax. anʒynn, cui vicinum Teutonicorum **angeben**: *ſic nos dicimus* (inquit Martinius in Etymol.) **angeben** pro inchoare. Nobis hoc **Beginning**.

Aubarꝺon, Aſcia] Vide Martinii Etymologicum in voce *Martiobarbulus*.

Anfreſon, Interritus] Vide **Freſon**.

Anꝺo, Zelus. Vide **Anꝺoꝺa**, verbum] Sax, anꝺa, ab eorum anꝺian, zelare.

Anliton,

Anlitton, vultus] Saxon. anꝺplıꝛe, quandoque plıꝛe, quod etiam eis decorem signabat.

Anlucce, Facie. Vide **Anluccon**, verbum] Vultum alicujus nos dicimus **looke**, ut Speculum, **a Looking-glasse**, à Saxon. locıan, videre, aspicere: Vultu sic dicto, quasi parte corporis visui magis obviâ: unde fortè Facies Saxonibus aliàs dicta anſıne, à ȝeſeon, videre.

Antomt, Frænum: nunc **Toom**] Ab eâdem forsan origine nostrum **Tame**, i. e. mansuetus; Saxonibus & priscis & modernis ꝛam, uti & Belgis, Germanis autem (Z. pro T. amantibus) **Zam**. Quæ omnia, unà cum Belg. **Tammen**, i.e. mansuefacere, ni fallor, veniunt à Latinorum *Domo*: quòd Fræno dometur, saltem cohibeatur, equus. Atque inde fortean aggerem fluminibus objectum, cum Belgis **Dam** vocamus.

Anst, Gratia: alibi, **Enst**.

Angust, Angustia] Sax. anȝnẏſ, & anȝſumneſſe. Teutonicis modernis **Angst**.

Anvarnunst, Intellectu.

At, Escas. Vide **Atoda**, verbum] E-

dere, manducare, Sax. Ætan, al. etan, unde noſtrum **to eate**, illo ſenſu: Teutonicis **aet** & **aes**. Edax Saxonibus Ætulman.

Aſca, Cinis] Saxonibus Æxe; pluraliter Æxan, aſcan. Hoc Belgis modernis **Aſche**; nobis hodie **Aſhes**. Unde Cineralia, **Aſhwedneſday** dicimus; Belg. **Aſchenwoenſdach**.

Andzan, vel **Andarn**, In vanum: nonne Italorum eſt *Indarno*?

Afgetalt, Oblivioni] Vocabulum (ut videtur) ejuſdem proſapiæ ac Sax. oferzytolneſſe, quod eâdem venit acceptione; nobis hodie, **forgetfulneſſe**. Belg. **vergheteniſſe**. Germ. **vergeſſenheit**.

Ana, Extra vel Præter] Huic affine Sax. & noſtrum **An**, uti & Teutonicor. **On**, de quo vide Kilian. Etymolog. in **On**.

Arug, Perverſa: nos **Arg**] Hac de voce vide doctiſſ. Spelmanni Gloſſar. in **Arga**.

Amanendeliken, Intolerabilem.

Verba.

Afterthunſun, Detrahebant. **Afterthunſandi**,

thanſandt, Detrahentes] Fortè à Sax. Æꝼtep, retro, & teon, trahere; quibus etiam ofteon pro detrahere.

Abtidon, Perſecuti ſunt] Ejuſdem originis vox iſta ac Saxonum ehtan, perſequi.

Albatt, Illumina] Aſſonat Saxon. onlihte, quod ab eorum onlihtan fluens, illumïnare ſignat: unde noſtrum **to lighten**, aliàs **enlighten**: quemadmodum etiam à Saxonum leohte, (quod Belgis **light**, Germanis **lucht**) Lux, noſtratium **light**. **Lightning** autem, i.e. Fulmen, ab eorum leȝ.

Anaſtandant, Inſurgunt. **Anaſtandandan**, Inſurgentibus] Huic affine noſtrum **gainſtand**, quod opponere ſonat, compoſitum à Sax. onȝen, aȝen, vel onȝean, nobis **againſt**, adverſus, & ſtandian, ſtare. Saxonibus autem, inſurgere, onaniſan, quod Latino propius; cum **on** hîc, ut in iſtis vocibus **ana**, valeat **in**, i.e. adverſus, & aniſan, (unde noſtratium **ariſe**) ſurgere.

Anariepon, Irruerunt] Scribendum fortè **anarieſon**. Intellige **onariſan**, de quo jam dictum.

Andzedit, Timet] Ab eâdem origine

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [437] - 5
PUBLIC DOMAIN

ne hoc, cum tribus vocibus proximè ſequentibus, viz. **Andzedandt**, **Andzadandozo**, **Andzadondt**, ac Saxonum onopæðian, timere. Hinc autem noſtrum **Dzead**, (nomen) Timor; **to dzead**, (verbum) timere, & ſimilia. Inter cætera **dzead**, & **dzad**, regibus noſtris in partem tituli attributum, veluti ob ſacram ipſorum majeſtatem tremendis. Hinc etiam fortè ſylvæ illius Cantianis & Suſſexianis communis, Ethelwerdo *immanis* dictæ, nomen apud Sax. **Andzed**, aliàs **Andzeſwald**, q. d. Sylva terribilis; **wald** enim, ſylva.

Anlucon, Aperuerunt: ſicut **Belucon**, Concluſerunt] Priori affine noſtrum **to unlocke**, reſerare: poſterius autem Teutonicis priſcis (ut videtur) cum Saxonibus commune; quibus concludere, belucan, Verſtegano noſtro belokẽn; ſeratum autem, & firmè clauſum, belocuð, unde noſtrum **locked**. Vox hîc ſubſequens, **Antloc**, Revela, ab eâdem, ni fallor, eſt origine, ac **Anlucon**, hîc.

Antheban, Prohibebo. **Anthatta**, Prohibui.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [438] - 6
PUBLIC DOMAIN

B

Balon, Cicatrices] Huic affine, & noſtrum, & Teutonic. vet. **Blowe**, i.e. Alapa, ictus.

Baldo, & alibi **Bolatico**, Fiducialiter] Audax, Saxon. baldo, audaciter, baldlic, unde noſtratium **bold**, & **boldly**. Hoc Teutonicis modernis **boude**, priſcis autem, uti Sax. **bald**. Kilian.

Begihte, Confeſſione: nos **bichte**. Vide **begigan** verbum, & **Giet**.

Behatuo, Retrorſum.

Beſuicheide, Scandalum] Ærpic, al. zerpic, & Ærpicunze, Saxonibus ſcandalum, offendiculum: berpic autem eis pro fraude.

Bethiu, aliâs **bithiu**, Propterea.

Bilithtres, Figuli: & **Gebilithe**, Imagine] Saxon. Imago biliþe, Belgis **beeld**, Teuton. **bild**. Saxon. modernis * ſimiliter. Hinc autem fortè noſtrum **bly**, & **bill**, E. G. **to know one by his bly, or bill**, i.e. ex vultus ſui formâ aliquem cognoſcere.

* Gryphiand. De Weichbild. Six. c. 72.

Biuite, Quare?] Hoc Saxon. toþy, uti & forþy. Poſterius integrè quidam noſtratium hodiéque retinent; alii autem, brevitatis gratiâ poſterio-

rem

rem tantùm ſyllabam, literis paululum inverſis, pro Sax. hpẏ, ſcribentes **why**.

Biſmer, Opprobrium] Vocem uſurparunt Saxones, præcipuè verò, (ut nos **Blaſphemy**) pro contumeliâ in Deum, ſpnæc addito: calumniam tamen & contumeliam generatim ſignat.

Biſa, Turba: ut Gall. *Vent de Bize*] Vide Kilian. verb. **byſe**, & **byſen**. Turbatus Sax. abẏrȝod.

Biſpilla, & alibi **Spella**, Parabola] Eâpſe notione Sax. bıȝrpelle. Poſterior hujus compoſiti ſyllaba (vox enim eſt compoſita) Hiſtoriam, Narrationem, imprimis notans, in pluribus aliis eorum vocibus reperitur, cujuſmodi ſunt [1.] Lapſpelle, i.e. doctrina, à læpan, docere, (non leþnen, ut Minſhæus noſter, pro more ſuo perperam:) [2.] ẏdelſpelle, i. e. vana colloquia, ab ẏdel, vanus: [3.] ȝodſpelle, i.e. Evangelium.

Blaſma, Flamma] Nos **blaze** eodem ſenſu, fortè à Belg. **blaeſen**, i. e. flare, ſufflare, quòd ſufflatione venti flamma fovetur. Saxon. Funale, blaſa; Incendiarius, blẏrȝere.

Buokeſtaf, Literatura; vel potiùs ipſa

ipsa Litera] ꝼtaꝼ & bocꝼtaꝼ eodem sensu usi Saxones, uti **boecstaf**, & **boecstave**, Teutonici. Vocis derivationem vide, si placet, in Wormii Literatura Runica, c. 1. Psalmorum Anglicorum, cantandi gratiâ, in *metrum*, ut vulgò vocant, translatorum sectiones sive partitiones, Italis *stanza*, Gallis *stanze*, hodie vocamus **staves** : & ꝼtæꝼcꝑæꝼt in Bedæ Historiâ Saxon. artem signat metricam, (al. Grammaticam.)

Burgsitl, Sepulchrum : quasi tegmen hominum & operculum] Huic affine Saxonum byꝑgen, eodem sensu : hinc autem sic dictum, quòd aggesto in collem cespite, olim tumulabant mortuos, ut per agros hodie cernimus. Nam Colles illi, quibusdam **barrowes** dicti, antiquorum plerumque sunt tumuli cum nondum byꝑgenꝼtopa, i.e. cæmeteria in usu essent.

Burthon, Oneribus] Saxonum byꝑþen, & byꝑþyn, unde nostrum **burden**, & **burthen**, pro onere. Belgis hoc **bozdene**, Teuton. **burd**. Kilian.

Buteric, Uter : & **butrice**, Utrem] Hoc Sax. byttɛ, & bittɛ, unde fortè nostratium, & **bottle**, & **butt** : posterius

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [441] - 9
PUBLIC DOMAIN

rius vini, potúſque menſura œnopolis familiaris.

Verba.

Barida, Germinans] Parere, Sax. bæpan; unde pepτmbepend, fructifer: τpeop pæpτmbæpu, Ligna fructifera: unbæpend, ſterilis. Hinc Anglis aquilonaribus & Scotis, **barne**, pro ſobole, quod Saxon. bæpne, Parere, vel hodie nobis **to beare.**

Befillidi, Proſterneret] Sax. apillan, præcipitare, unde noſtrum **to fall**, i. e. cadere; item **to fell**; dejicere, de quâ voce plura infrà in **fellon ſal.**

Beko, Proba: alibi **bekunno**, Tenta] Probare, Saxon. acunnian. Atque hinc forſan noſtrum **conning of a leſſon, or part**, quando ſcil. quis id quod dicturus eſt, ſibi recenſet, experiundi gratiâ utrum id memoriter didicit, necne.

Begegunſta, Cœpi] Hoc Saxonibus, Verſtegano teſte, onzan: longè autem propiùs noſtrum **begun.** Utriuſque origo à Sax. onzinnan, Belg. **beghinnen**, incipere.

Begian, & **bejan**, Confiteri.

Behoſcodon, Subſannaverunt: vide **Hoſce.** **Belgiſtrathi**,

Belgiſtuht, Iraſcêre] Quod ad hoc & duo proximè præcedentia verba, (**belgon**, & **belgon ſal**) vide **Abalgt**, ſuprà.

Beſcediwit, Obſcurabitur: quaſi à **ſchaduwe**, Umbra] Ab eâdem origine noſtrum **ſhadow**, Saxonibus ſcaduwe Teutonicis hodie **beſchaeduwen**, obumbrare, Sax. ſceadpian

Beſcurgt, Præcipita: & **beſcorgingun**, Præcipitationis. vide **Giſcurgidi**.

Beſuebet, Soporatus] Somnus, ſopor, ſomnium, Saxon. ſpefn, & ſpefene

Beſuick, ſupplanta. Suprà, **beſwichede**, Scandalum] Saxonico convenit beſpican, ſupplantare.

Bethadon, Abſconderunt, alibi **bebaton**, idem] Saxonico reſpondet hýdan, behýdan, Belg. **hoeden**, abſcondere, tegere; unde noſtrum hodiernum **hide**, ſive **to hide**, illo ſenſu.

Bethumendero, Deprimentium.

Biwollon, Infecta: **biwollona**, Inquinatæ: **biwellan**, Prophanabo] Quaſi à **vuil**, Teutonicis, turpis, ſordidus, immundus, quod nobis hodie **fowle**, Sax. ful Inquinatum quid dicimus **befowlen**.

Bewildi,

Bewildi, Possediſti] Fortè à Sax. ꝑealdan, regere, gubernare.

Bizzedon, fremuerunt: à **biza**, suprà] Quod vide.

C vel K.

Kellera, Promptuaria] Teutonici in hunc diem vocem retinent, cui respondet nostratium **Cellars.**

Kevera, Bruchus] Eodem sensu Sax. ceaꝑẏꝛ, Belg. **kever.**

Kimo, Germen: & **kunt**, semini. vide **Thiadekunnt**] Hoc, cum paullo infrà sequentibus, **kunnea**, & **kunnt**, ab eâdem (ni fallor) fluxerunt origine ac Sax. cẏn, & cẏnd. al. ȝecẏnd, & cẏnepẏne, cognatio scil. generatio, genus: unde nostratiũ **kyn**, **kind**, **kindred** &c.

Kippon, Compedibus: à Lat. *Cippo*] Compedes Sax. ꝑoꝺcopꝛa.

Cocare, Pharetra] Saxon. cocepe, Belg. **koker**, nobis hodie **Quiver.** Pharetra autem Saxon. aliàs eaꝛhꝑepe, quasi sagittas ferens, ab eaꝛh, nobis **arrow**, sagitta, & Latin. fero.

Krepinda, Reptilia: quasi **cruppende**] Hoc Sax. cꝛipende, unde nostratium **creeping**, ut & vox illa nobis claudi-

pedem

pedem notans, **Cripple**; qui repere potiùs quàm ire videtur. Repere autem Saxonibus modernis (ut mihi author eſt Martinius in Etymologico) **krupen**.

Kunnea, & **kunnt**, Generatio] Vide ſuprà, **kunnt**.

Kuoſmeer, Butyrum] Compoſitum exiſtimo à **kuo**, Saxonibus priſcis cu, modernis **koe**, Germanis **kuh**, nobis **cow**; & **ſmeer**, Sax. ꝛmẏꝛe, & ꝛmeꝛꝛe; unguen, ab ungo fluente. Ungere autem nobis hodie **to ſpread, or ſmeare**, Teuton. **ſmeeren**, ut butyrum, præſertim inter edendum, ſolet. Unde mangonizantes in Caſeo & Butyro, Sax: ꝛmeꝛemanȝeꝛcꝛe dicti. **Kuoſmeer**, itaque eſt quaſi unguen vaccinum, ſive quod à vaccâ venit. Butyrum autem Saxon. buꝛeꝛa dictum.

Verba.

Keſtegoda, Anxit: an à caſtigando?
Cozodos, Probaſti.
Criedon, Cognoverunt.

D

Diunt, Diabolus: quaſi **de vyandt**]

Anglis **the Feind**. De quo Verſteg.

Dzohtin, & **dzuthtin**, & **Dzuktin**, Dominus. **Dzuktene**, Domino] Saxon. ðnihт, & ðnýhten, vox (ut Verſtegano monitum) non omni Domino communis, ſed Domino Dominorum, Deo ſcil. propria & peculiaris, de cujus etymo pluribus Martinius in Etymolog. verbo *Deus*.

Dzugina, Dolus: unde **Bedzlegen**] Impoſtor, Sax. ðný; Impoſtura ðnýcnæft: **dzogh**, & **trogh**, Teutonicis, Fallacia, Impoſtura: ſed & noſtratium **tricke**, eodem ſenſu.

Dzumbon, Tubis: nunc **trompen**] Huc fortè referendum noſtrum **dzum**. Belg. **trommel**. German. **trummen**, i.e. Tympanum: niſi malis è Sax. ðnýman, al. ðnemian, quod eis jubilare ſignat, ut & ðneam, & pýnðneam, jubilum, jubilatio.

Dutri, Januus] Sax. eâdem notione ðupa, unde noſtratium **dooze**, quod Belgis **dure**, Teuton. **thur**, oſtium.

Dumba, Stultus: **dumpheide**, inſipientia] Mutus nobis **dumbe**. Stultus autem non incongruè ſic dicendus, propter hebetudinem & vecordiam, muto

muto meritò comparandus; bruto potiùs; unde Stultus, Germanis * Thor, quasi Thier, bruta pecus. Qui autem plus solito tacet, in his dumps, dicitur. * Martin.

Duom, Judicium: & duoma, judicia: & duomot, judicatis] His respondet, sono pariter & sensu, Saxon. ðom, nostratium doome, Teuton. doem (nomen) item ðeman (verbum) Teuton. doemen.

Duomis, Templum] A Latin. Dominicum, & Dominus, de quo pluribus Spelmannus noster in voce *Dominicum*; nisi malis à *domus*, quòd templum domus sit per excellentiam, Dei scil. ipsius domus. Hîc etiam vide Kilian. verbo Dom. & Besold. de Nat. Pop. cap. 18. in voce Dome.

Verba.

Duelont, Errant: nunc dolen] Huic affine Sax. ðpelian, errare, ȝeðýlð, error, ȝeðpola, & ȝeðpolman, Hæreticus. Conveniunt Belg. dwaelen, & dwaelinghe, de quibus vid. Kilian.

E

Egisso, Pavor: Egisin, Horroris:

Egliklis, Terribilis: & **Egliko**, Terribiliter: nos **Elkelik**] Omnes istæ quatuor voces eandem, ut verisimile est, sapiunt originem cum Saxon. ege, timor, & egeplic, terribilis, quibus etiam terriculamenta egeregrimma? Inde fortè Larva eis hægerre, hægterre, vulgò hodie **a bagge.**

Edwit, Opprobrium] Eodem sensu Sax. edpit, & Ædpit, quod ab eorum Ætpitan fluens, imputare, exprobrare, sonat; unde nostrum **twitting**, ut alicui in aliquo exprobrare, vulgò dicimus, **to twit one with this or that.**

Eht, Verò.

Elt, Autem.

Elno, Solus] Hoc Sax. ana, de quo velim consulas Spelmanni nostri Glossar. in voce **An.**

Elnodis, Solitudinis: & **Elnodi**, Solitudine] Compositum reor à præcedenti **Elno**, & adjectitiâ particulâ, **hod**, ut olim scriptum, posteâ **hepd**, **hett**, **hat**; Sax. hade, nobis **hood**, i.e. genus, conditio, qualitas, status, ut pluribus à me alibi ostensum, in Tractatu de **Gabelkind**, nondum edito, cap. 4. **Elnod**

itaque

itaque statum solitarium signat.

Entisce, Antiquo : à Latino, ut videtur, ut nos **Antikschе**, & **Entiscen**, Antiquis.

Ettr, Venenum : an **Etter** nostrum, id est Pus ?] Sax. eodem sensu aττop, & Ættpene.

Elelendig, Extraneus : & **Ellendiga**, Advenam : & **Elelendis**, Peregrinationis] Videatur hîc Kilian. in vocib. **El-lendd**, **El-lendigh**, & **El-lendigheyd**.

Eldi, Senecta : & **Areldi**, Senium. Nam **Ar** auget] Saxon. senecta, ẏlde. Senium autem ẏldpene : unde nostratium **Old**, i. e. Senex ; **Elder**, Senior ; **Eldest**, Antiquissimus : Sax. ẏldeꝛta, aliàs ealpa eldeꝛt, (non **alder-eldest**, ut Versteganus, perperam) quasi omnium senior.

Erurt, Pavimento : quasi **Ert-urtf**, quòd terram tueatur] Vide Kilian. in voce **Ere**.

Ereve, Hæreditas] Hoc Sax ẏnꝛe, enꝛe, ẏnꝛꝛeapdneꝛꝛe ? Belg. **Erf**, **Erf-goed**, **Erve**.

Ewa, Lex : & **Ewn**, Lege. vide **Wltat Ewenlart**, Legislatorem] Sax.

Lex, Æ. de quo plura apud Spelmannum noſtrum, in voce **Ewa**. Videatur etiam Kilian. verb. **EE**. & **Ewe**. Legiſlator autem Sax. Ælæðenðe; ab Æ, lex, & læðan, ferre.

Ewethon, Æternum] Vide Kilian. verbo **Eenwe**.

Verba.

Ehton, Perſequi. **Ehton ſal**, Perſequar. **Ehtindon**, Perſequentibus] Sax. ehtan, quod perſequi ſignificat, de quo ſuprà in **Ahtidon**. **Sal** autem hîc, & in pluribus verbis tam præcedentibus quàm ſequentibus, nota eſt verbi futuri temporis, cui reſpondet & Sax. rceal, & noſtrum **ſhall**, de quo vide Gryphiand. de Weichbild. Saxon. c. 38. num. 17.

F

Facinga, Dormitatio: nos **Maeck**. vide **Facon**.

Farbrokanulſi, Prævaricationes.

Fardrunkon, Crapulatus] Sax. hoc oferð-ðruncon, unde noſtrũ **drunke**, & **drunken**, Belg. **dronken**; Teuton. **ſtruncken**, eo ſenſu.

Farkuthe, Abominabilis. **Farwathena**,

thena, Maledicti. **Farwathanuſſi**, Abominatione. **Farwet**, Abominatus] ꝼoꝛncuꝺ & ꝼꝛacoꝺ, Saxon. Nequam, Pravus, Vilis, Turpis.

Farſeggent, Excuſandos] Fortè à **far**, Sax. ꝼoꝛ, Teut. **Ver**, pro, & **ſeggen**, Sax. ꝼecȝean, dicere.

Faſtira, Munita] Huic affine Sax. ꝼæꝛꞇene, ꝼæꝛꞇnẏꝛꝛe, ꝼæꝛꞇnunȝe, quæ omnia munitionē, municipiū, &c. ſignant: unde noſtrum **faſt**, Teuton. **vaſt**, pro *firmus*; item **to faſten**, id eſt, firmare, & ſimil.

Farthȝoȝa, Tædio] Saxon. aþꝛoꞇenẏꝛꝛe.

Felſa, Rupem] Saxonibus olim & nobis hodiéque **flints**, ſilices. Vide Kilian. in **velt**.

Ferreno, Longè: nos **Verre**] Sax. ꝼeoꝛꝛ; nos **farre**, Germ. **ferr**.

Ferthe, Exceſſu] Huic affine noſtratium **ſoꝛth**, quod à Sax. ꝼaꝛan, i. e. ire, venit, quibus ꝼoꝛþȝanȝ, pro proceſſus; item ꝼoꝛþꝼaꝛe, pro obitus, vel exitus.

Fetheracco, Alarum: nos **Vederen**] Nos **feathers**, à Saxon. ꝼẏðeꝛa, id eſt, alæ, pennæ.

Flo, Pecora: nos **vee. Flu**, Pecuniam, nota ſic à pecude, ut Latinis] Saxonibus, pecunia, bona, ſubſtantia, ꝼeoh: pecus autem iis ẏnꝼe, & nẏten; De voce ẏnꝼe, Freherus, notis in Decalogum, Anglo-Saxonicâ linguâ ſcriptum, præcepto ultimo: » **Ꝑiſes** (in-» quit) pecus omne comprehendit, in » quo bovem, aſinum. Ethelſtani lex, » cap. 2. **Be thon the ꝑiſe beſpẏrige**; » i. e. *De iis qui pecudem veſtigiis per-» ſequuntur*: **Ꝑiſe** autem nil aliud » quàm **Erbe**, hæreditas, pecunia, » opes. Nec de ſolis Germanis Ta-» citus; *Pecorum fœcunda, eæque ſolæ » & gratiſſimæ opes ſunt*: ſed & de » Hiſpanis Juſtinus: *Armenta Gery-» onis, quæ illis temporibus ſolæ opes ha-» bebantur.* Imò & Romanorum pe-» cunia, unde niſi à pecudibus?

Fſloberth, Præclara] Quod præclarum, Sax. beoꝑht, & bꝛẏht, unde noſtrum **bꝛight**, eodem ſenſu. **Flo**, altera compoſiti pars, quemadmodum aſſonat Teutonic. **veel**, & Germanico **vil**, ita etiam Sax. ꝼul; unde noſtrum **full**, plenus. **Fſloberth**, igitur quaſi **ful-bꝛight**, h. e. exactè, vel exquiſitè,

ſitè, clarus, ſive claritatis plenus. Vox ſequens, **ſlubiriſhon**, ejuſdem eſt originis.

Filoſcire, Præclarus, in his talibus **filo**, eſt **veel**, ſive Multum] Quid autem *ſcire*, vide infrà in *ſcieri*.

Filobardo, Vehementer] Quaſi, ut noſtrates vulgò, **full-hardir**.

Fillunga, Flagellum: an quia cutem radit, quaſi **vtiler**?] Excoriare, nobis **to flep**.

Finiſtre, Tenebræ: Germani hodie.

Forthora, Dextra: & **forthoron**, dextris.

Freiſon, Interitu, & Interitionibus. alibi **froiſon**] **Vreſſen**, & **freſſen**, Ger. Sax. Sicamb. (inquit Kilian.) vorare. Anglo-Saxon. ꝼꝛeꝺan, aliàs ꝼꝛeꝺan.

Frithof, Atrium: & **frithovo**, Atria] Vide Kilian. in voce **vrvd-hof**, ubi Aſylum, &c. vertit, quod Sax. ꝼꝛiðꝼꝺop, de quo multis Spelmann. noſter in voce **fridſtol**. Sax. hof, domus.

Fremithoroner, Alienigenæ: quaſi **vreemt geborne**] Saxon. eodem ſenſu ꝼꝛembꝺ, & ꝼꝛemeꝺ, alias Ælꝼꝛemeꝺ: quod ad alteram compoſiti partem,

tem, **bozona**; hoc Saxonibus ȝebopen, nobis **bozne**, à Sax. bæpan, parere.

Fruo, Mane: nos **Uroech.**

Fuetkippon, Compedibus: ſuprà in **Cippon.**

Fulitha, Putredo: quaſi **vuylichept**, & **fulithon**, ſordibus] Hoc nobis **filth**, & **filthineſſe**, aliàs **fowlneſſe**, à Sax. fỳlðe, & fulneſſe, eodem ſenſu: item turpitudo, immunditia; quemadmodum, ful, id eſt, immundus, turpis, nobis hodie **fowle.**

Fullethon, Abundantia] Nobis hoc **fulneſſe**, à Sax. fullnỳſſe, plenitudo, copia, abundantia.

Fuotſcamel, Scabellum] Hoc Sax. ſcamul, ſcæmol, ſcamel, & fotſcamul: à fot, nobis hodie **foot**, pes, & ſcamul, ſcamnum, ſcabellum. Hinc ſcabellum mercatorium, Sax. ceapſcamel; Publicanorum, tolſcamule; Campſorum, mỳnetena ſceamelaſ; Pulpitum, peadinȝ ſceamle. Hinc etiam Lanionum, Piſcatorum, & ſimilium Scabella, nobis hodie **ſhambles** dicta. Plura vide apud Kilian. in voce **ſchaemel.**

Futhon, Auſtro] Annon rectiùs **ſuthon**? Sax. enim Auſter, ſuþ, & ſuþ-

ðæle,

ðæle, unde nostrum **South**. Belg. etiam Auster **Suyden wind**: Germ. **Sud-wint**.

Fallust, Adjutorium: vide **follestien**.

Fariſt, Princeps: & **fariſtingo**, præpositione: nos **vorſt**] Ab eâdem origine nostratium **firſt**, (adjectivum) Primus, & adverb. **firſt**, primùm, vel imprimis. Plura vide apud Cl. Selden. nostr. Tit. Honor. par. 2. cap. 1. §. 53. & Versteg. cap. 10.

Farttekin, Prodigium: nos **voortecken**] Hoc Sax. ꝼoꝛnetacn, & ꝼoꝛnebeacn. A priori, nostrum **foretoken**, voce compositâ à ꝼoꝛne, præ, & tacn, nobis **token**, signum.

Verba.

Facon-sal, Dormitabit: **facodon**, dormitaverunt.

Farlithon, Transierunt: **farliet**, transeat] Transire, Sax. ꝼaꝛan: unde **fare** in nostratium **warre-fare**, Saxon. ꝼyꝛnꝺꝼaꝛne, aliàs utꝼaꝛne, id est, expeditio. Hinc etiam viatorem vocamus **Way-faring-man**, Sax. ꝑeȝꝼeꝛenꝺ: Mari versatum, ut Nautam, **sea-faring-man**:

man: sed & maris transfretationem,& aquæ trajectum, cum naulo, (Germanis **fahrgelt**) **fare** dicimus. Iter autem Sax. ꝼæꝛ: Itinerarium ꝼoꝛboc: quasi itineris codex. Sed & oꝼeꝛliꝺan,Sax. transire sonat.

Farbelgeda,Exacerbavit. Vide **Belgan**, & **Irbelgiden**] Exacerbare, Sax. abilgian. Vide suprà **Abalgi**.

Farfibt, Expugna] Expugnare,Sax. oꝼeꝛꝼeohtan; ab oꝼeꝛ,super, nobis **ober**, & ꝼeohtan, German. **fechten**, Belg. **vechten**, pugnare, quasi pugnando vincere, cui bene respondet verbum nostrum **to overcome**.

Fardiligo, Dele: nos **verdilgen**] Hoc Saxon. ꝼoꝛdiligan, & abilgian; unde (fortè) eorum dyhle, digle, & digle, pro secretus, ut & digolhnyrre pro Latibulum.

Farwellunt,Prophanaverunt. Vide **Biwellan**.

Farschitan,Concîdet,mediâ longâ.

Farnozzan wurthan sal, Consumitur] Quasi dicas, *nullius erit pretii*: **nozzan** enim, nullum, **wurthan**, pretium,ut opinor, signat. **sal** autem, (ut antea monitum) nota verbi futuri temporis:

poris: nisi quis malit **wurthan** hîc idem sonare ac Sax. ȝepoꝛðen, id est, fieri: tunc autem verba sonant, adnihilabitur, sive, ad nihilum reducetur.

Fellon sal, Destruet: nos **vellen** dejiciet] Eodem sensu (prostrandi scil. sive dejiciendi) nobis **to fell**, ut in arbore prostrandâ, quod nobis **to fell a tree**, in bove malleo lanii prostrato, quod nobis **felling an oxe**, & id genus aliis. Fluit autem à verbo ꝑaelen, cadere; quod enim sic dejicitur aut destruitur, non sine casu destruitur.

Ferterron sal, Perdes: nos **verderuen**: **fertheritha**, perdas.

Ferwerthan sal, Peribit: **ferwerthet**, Pereatis] Perire Sax. ꝑoꝛpẏꝛðan.

Folleistien, Opitulentur] Adjuvare, opem ferre, Sax. ꝑẏlꝛtian, unde ꝑultum pro adjutorium.

Forfuor, P[illegible]diit] Huic affine nostratium **forth-fare**, quod (ortu Saxonicum) & obitum, & corporis de loco obitus exportationem, funeris ergô, olim signabat.

Framforitha, Recessisti] Compositum reor à **fram**, nobis hodie **from**, Sax. autem ꝑꝛam, i. e. à, ab, & **faran**, ire, transire,

transire, cedere, vide **farlithan** suprà.

Framgentan, Declinare] Compositum videtur à **fram**, de, vel à, & **gangen**, vadere, ire, proficisci : unde Ambarvalia Sax. ȝanȝoaȝaſ.

Framgeleidon, Abduxerunt] Hæc etiam est vox composita ; cujus pars posterior (prior enim ex præmissis patet) ejusdem videtur originis ac Saxon. lædan, unde nostrum **to lead** (verbum) ducere, & **Leader** (nomen) Dux, Ductor.

G.

Gasenwerde, Conspectu : & alibi **gasenwaserde**, & **genwert**] Adversus, contra, Sax. ꝺoȝeaneſ, unde ȝa him ꝺoȝeaneſ, i.e. Ito ei obviam, vulgò, **goe meet him**. Eodem sensu eis onȝean; Altera compositi pars, **werd**, nobis hodie **ward**, ut in **toward**, id est, juxta, prope, &c.

Garo, Paratus : & **garu**, idem] Hoc Saxon. ȝeaꝛꝑe, & ȝeaꝛu, à ȝeaꝛꝑian, parare, ornare, præparare ; ȝeaꝛcunȝ, præparatio. Teuton. etiam, præparare, **gaerwen** ; apparare, **gaer-maecken**.

Galendert, Incantantis] Talis, Sax. ȝaleno; & onȝaleno.

Galico,

Gallico, Subitò.

Garbon, Manipulus: nos **gerben**] Hoc Teuton. **gaerwe, garbe**, Gallis *gerbe*, Latino-barbaris *garba:* nec longè abit Sax. ȝpipe, unde noſtrum **gripe**, eâdem notione.

Gedruft, Turbata] Hoc Saxon. ȝedpeſed, & ȝedpeht.

Geberge, Cubilibus: ab occultando] Vide Cl. Spelman. in voce **Bergium.**

Gegravanuſſi, Sculptilia] Sculptile, Sax. ȝpaſen, nobis hodie **graven**, quemadmodum ſtatua nobis vulgò **a graven image.**

Un-gefremit, Imperfectum] Hoc Sax. onȝeſpemed, & unȝeſpemed; voce compoſita à negandi ſive privandi particula, **on, un**, i.e. non, & ȝeſpemed, perfectus.

Gehuorda, Fornicati: alludit ad **hoere**, meretricem] Meretrix Saxon. hope, nobis (**w**. voci perperam præponentibus) **whore**: perperam dico; nam ab hýpan venit, i.e. precio conducere, quod vox etiam Latina ſat planè confirmat.

Gelavt, Conſenſu: an **gellbl**?] Sax. conſenſus;

conſenſus ȝeleaꝼe, & leaꝼniȝ, unde noſtrum, eodem ſenſu, **leave**, i.e. licentia, quod Belg. **Oꝛ-lof, ver-lof**. Germ. **Urlaub, Erlaubnus**.

Gelifoꝛe, Libera] Hoc; ut & noſtrum **deliver**, latinizant.

Gelibedelic, Deprecabilis] Saxon. biddan, eſt orare, rogare, precari, cujus (ni fallor) in hac voce quale quale veſtigium.

Gelende, Accola. Vide **Elelendiȝ**.

Gemerka, Terminus] Finis, terminus Sax. ȝemæꝛe. unde hodie agrorum fines ſive limites **metres**, aliàs **meers**, vocamus. **Mark**, aliàs **meare**, & **march**, eodem ſenſu utimur.

Gifvert, Libera. vide **gevere**] Hoc Sax. ȝeꝼꝼeo, ab eorum ȝeꝼꝼean, Belg. **vryen**, Teut: **frejen**, liberare. quo ſenſu noſtrum **to free**, vel **let free**.

Genuhte, Abundantia: ab eo quod nos **genoech**, ſatis. vide **genuhtegod**. **Genuht ſamoꝛt**, Uberi] Copia, abundantia, Sax. ȝenihtȝumnyꝛꝛe ƿ Satis autem ȝenoh, unde noſtrum **enough**. Hinc uber (adject.) Sax. ȝenihtȝum: caſu ablat. ȝenihtȝumne ƿ

Gequalbit, Coagulatus: vide **Gewallit**.

Geriht-

Gerhtnuſſis, Refectionis] Non multum abit à Saxon. ȝeꝛeoꝛonyꝛꝛe, illo ſenſu accepto.

Geſcendidt, Confuſi] Hoc Saxon. ȝeꝛcynꝺe, ut & dedecus eis ꝛconꝺe. Hinc fortè noſtratium **ſhent**, & **ſhending**, (ge, particulâ verborum præteritis, & participiis præteriti temporis apud Saxones & Germanos præpoſitâ, hîc omiſſâ) quæ propriè increpationem notat: ab increpatione autem oritur confuſio. Vide Verſtegan. verb. **ſcende**, & Kilian. in **ſchande**. Spelman. in voce *Gamalis*.

Geſigenero Inclinato.

Geſitte, Viſione] Hoc Sax. ȝeꝛyꝺe, ab eorum ȝeꝛeon fluens, quod videre ſonat. Viſio autem & Viſus nobis hodie **ſight**.

Geſcathot, Condemnatus: an propriè Mulctatus?] Vide **Scathan ſal**.

Getelt, Tentoria] Hoc Sax. ȝeꝛelꝺ; unde noſtrum **Tilt** pro Tentorio.

Getugel, Linguoſus] Talis Sax. ȝeꝛunȝe, & ꝛunȝfull; quibus Eloquentia ȝeꝛinȝneꝛꝛe; Lingua, ꝛonȝa & ꝛunȝel autem iis, aſtrum, planeta, ſydus: ꝛunȝelcnæfꝛ, Aſtronomia, &c.

Getawing, Diſciplina] Mos, ritus,

Saxon. ȝeþeape, aliàs ȝeþẏpe.

Getanft, Pactum] Conditio, Saxon. ȝetincȝe, & ȝeðinȝ; paciſci, ȝeðinȝian.

Geverthe, Iter. vide **Aerthe.**

Geweꝛe, Veſtimenta] Vide **Waf.**

Geweſanuſſt, Subſtantia: & **gewin**, poſſeſſio; **gewnſt** idem] Poſſeſſio, Sax. ȝepinn, ab eorum ȝepinnan fluens, Teuton. **ghewinnen**, nanciſci, acquirere, obtinere, &c. unde noſtrum **to winne**, (verbum) item **winning**, (nomen.)

Gewitt, Scientia] Hoc Saxon. pit, & ȝepit, quorum prius nobis manſit.

Gewttſcopt, Teſtimonia] Hoc Sax. ȝepitnẏꝛꝛa, unde noſtrum **witneſſe**, pro teſtimonio. Sax. etiam, teſtium ſtipatio, ȝepitꝛcẏpe.

Gewiſſo, Etenim, Enim] Certus, Sax. ȝepiꝛ: porrò, ȝepiꝛlice.

Giverſunthedon, Opportunitatibus.

Gipondi, Patens: nos **gapende** fortè] Anglis gaping, à Saxon. ȝeopnian, aperire. Patens etiam eis opnende, & opnȝende, unde noſtratium **open**, & **opening**, illo ſenſu.

Gi-

Gihetta, Vota: alibi **gihota**, vide **hettinga**] Hoc Sax. ȝehaт, & behaт, unde **behtght** in Psalterio nostro metrico (ut vocant) sæpius obvium, eo sensu. Sax. behehт.

Glawon, Prudentem] Prudens Sax. ȝleap. Legum etiam periti eis Æȝleapan dicti, ab eorum Æ, Lex, & eodem ȝleap, peritus.

Githwe, Disciplina: suprà **gethwing**] Mos, Ritus, Sax. ȝeðyþe, aliàs ȝeðeap?

Gitwepene, Arma: quasi **gewaepene**] Sax. arma, pæpn, unde nostrum eodem sensu, **weapon**. Hoc Belg. **wapen**: Germ. **waffen**.

Gewittenon, Afflictus] Pœna, tortura, mulcta, Saxon. pıтe; Tortores, pıтenepeſ; punire, pıтnian?

Glidir, Lubricum: & **glidert**, lapsu] Lubricum Sax. ȝlıð, unde nostratium **to glide & gliding**, eo sensu. Hinc fortè Milvus, Sax. ȝlıða dictus.

Gothehten, Cogitationibus: nos **gedachten**] Cogitatio, Saxon. ȝeðohт, unde nostratium **thought**. illo sensu.

Gruova, Lacus: quasi **groeve**, nobis fossa] Ejusdem (fortè) originis ac

noſtrum **grave**, Belg. **graf** & **grave**, ſepulchrum. Lucus etiam nobis **grove**, de quo Spelman. noſter, in voce **grava**.

Guoltke, & **gultke**, Gloria : & alibi **guoltcheide**. vide **guoltcan**] Sax. pulðor, & puldre, gloria, puldorlic, glorioſus.

Verba.

Gebalthon, Irritaverunt. vide **Balgon**] **Belgon** potiùs, & **Abalgt**.

Gebzedwerthit, Fundatur.

Gebertdes, Coronaſti : Et alibi **gerwit**, coronat, itémque **geredoſtu**, coronaſti] Vide ſuprà **garo**.

Gehirmon, quieſcere : **gehirmeda**, quievit : **gehirme**, quieſcam. **Ungehirmlick**, Inceſſabilis.

Gelicoda, Complacui. vide **Licont**] Complacere, Sax. ȝelicean : nobis hodie **to like** : complacui autem, eis ic ȝelicode ; nobis hodie **I liked**.

Gefuogan, Adjicies] Saxon. foȝ, & ȝefoȝ item fooȝinȝ, Junctura, conjunctio.

Getobolwzthun, Obriguerunt] Priori vocis parti affine noſtratium **tough**, Sax. toh, id eſt, tenax, lentus, quibus lentum vimen, tohȝærd ;

Gemutos,

Gemutos, Mutabis.

Gemeint, Communicabo] Communis, Sax. ȝemæne, unde nostrum **Yeomen**, vulgus, Belg. **Volck ghemeynte**, Germ. **Das gemeyn volck**. Hinc etiam Pascuum commune, Cantianis nostris **Yenys**, & **Yints**, quasi ȝemænnẏȝ, id est, Communitatis, vulgò **the Yanyes**.

Gtvert, Libera, Imperandi] De hoc & duobus proximè sequentibus verbis, **gtvereda**, & **geveran sal**, vide **Gtvert**, suprà, inter Nomina.

Genubtegod, Abundavit. Vide **genubte**.

Geocodon, Abdiderunt] Rectiùs forsan Addiderunt. Addere autem Saxon. ȝeiccan, aliàs ȝeeacan, unde nostrum **eeked**, additus, adjectus, uti & **eke**, pro etiam.

Gequicco, Vivifica] Vivus, Sax. cuc, unde nostrum **quick**, eopse sensu; ȝamcucene, eis semi-mortuus. Vivificare autem nobis hodie **to quicken**. Hinc autem verbum hîc sequens **gequicceda**, vivificet.

Gerwon, Parare: **thu gerwides**, parasti: **gerwon sal**, parabit: **gerwiden**, paraverunt: **gerwindt**, præparans:

gerwida, paravi : **gegerwet**, præparabitur] Vide ſuprà **Garo**.

Geſpuredos, Inveſtigaſti] Inveſtigare, Sax. beſpỳȝian; veſtigium ſpoȝ. Teuton. hodie, Inveſtigatio **gheſpoze**. Kilian.

Getimbȝit, Ædificabitur] Ædificare, Sax. ȝetimbȝian, Belg. **timmeren**. German. **ȝimmeren** : unde noſtratium **timber**. Belg. **timmerhout**. German. **ȝimmer**, i.e. tignum, lignum, voce autem Latino-barbarâ, *mœreminum*, de quâ D. Watſius in Gloſſar.

Getrimbedos, Fabricatus] Formare, imò & ſtabilire, Sax. ȝetrimman : à priori, noſtrum **trim**, E. G. **trick and trim**, i. e. elegans & perpolitus, qualis qui ſub manibus barbitonſoris fuerit, cujus opificium, nobis **trimming** dictum. Plura vide infrà in **Mancreft**.

Getocon, Adjiciam: ſupra **getuogan**] Vide **Geocoꝺon** ſuprà.

Geweigit, Vexatus] Sax. paȝ, nobis hodie **woh**, dolor, huic verbo ineſt, ut mihi perſuaſum.

Gewyt, Benedictus : & **gewyunga**, benedictio.

Gevinſos, Viſitas] Sax. viſitare ȝeneoȝan ; **Givolok**,

Gidolof, aliàs **gitfalof**, superbit.

Gemacoda, Concinnabat] Affine nostratium **to make**, à Sax. ȝemacian, facere.

Ginroda, Genuit.

Geminsoda, Diminuit] Diminutio, Saxonibus minȝunȝ, nobis **mincing**: ut cibus frustatim, & minutim concisus, nobis **minced-meat**, aliàs **mince-meat**.

Gegtroda, Paravit] Superiùs ad **Gazo** notatis, hîc adde, quòd vestimentum, amictus, Saxonibus ȝýnlan, ȝeȝýnlan; unde eis munuc ȝeȝýnelan, pro habitu, sive apparatu monachico, Bedæ, *Caracalla*: item vestimenta ecclesiastica, eis cýncean, ȝeȝýnela ý **Geare**, etiam in Scotorum **Gudes** & **Geare**, pro bonis & supellectile, quemadmodum in nostratium **night-geare**, **bead-geare**, id est, nocturnali, capitali, apparatu, huc, ni fallor, referendum.

Gimarsada, Mirificavit. Vide **Gomarda**] Magnificare, Saxonibus mæȝrian ý

Gtsatundon, Acceleraverunt] Citò, confestim, Sax. ȝona, nobis **soone**.

Gimikilodа, Magnificabimur. Vide **Mikil**.

Gibreſti, Deſit.

Gierbun ſal, Hæreditabit] Hinc Teutonicis **Erben**, i.e. hæreditate accipere bona, quod Sax. ẏnꝼꝼeaɲdian; ut hæres eis ẏnꝼenuma. Vide ſuprà **Ereve**.

Giſtatodon, Locaverunt] Locus, ſedes, Sax. ꝼtẏde & ꝼted, quod nobis manet, cùm in villarum quamplurium denominationibus, ita terminantibus, cujuſmodi (in agro Cantiano) **Berſted**, **Mikſted**, **Frenſted**, **Elmeſted**, **Linſted**, & ſimil. tum inter loquendum, ut cùm dicimus, **in the ſtead of another**, id eſt, loco alterius, quomodo etiam Teutonicis uſurpatur.

Giet, Confitetur. Vide **Begihte**.

Giſcurgidi, Expuliſti. Vide **Beſcurgt**] Et **Scurgt**.

Gomarda, Mirificavit, à **Mar**, Fama] Vide ſuprà **Gimarſada**.

Goumawirkint, Epulentur.

Guolican ſal, Glorificabo: & **guolican sulint**, glorificabunt] Vide **guolike**.

H

Hafta, Captivitas. In Ubiis hodie, ita **Carcer**] Corrigendum fortè **hafta**,

Sax.

Sax. enim, Captivitas hæftnunge, & hæftnýde. Captivus heaftling, **haft** etiam Teut. Vinculum : **hatten**, tenere. Kilian.

Hardo, Valde, Nimis] Nobis, eodem sensu, **hard**, & **hardly**: valde enim laborare, **to labour hard**, dicimus: seriò & ægrè contendere, sive decertare, nobis **hardly to strive or contend**. Eopse sensu, Belg. **hert**, **hard**; Germ. **hart**.

Harman, Calumniis] Quod Latin. Læsio, Damnum, nobis **harme**, à Sax. heanme : per translationem, fortè, Calumnia, quòd ex eâ fama læditur, & damnum datur. Sax. autem calumnia, hearmspræc.

Hategon, Æmulatione] Assonat Sax. hatian, odio habere, quod Teut. **haten**, & **haeten**.

Hatongon, Iracundiam] Quicquid fervens (quemadmodum Iracundia) Sax. hat, nobis **hot**.

Hiegero, Pellicano.

Hetmodi, & **hettmodi**. furor] Quod quis, tanquam impos animi, furore actus facit, **in the hot mood** factum dicimus, uti etiam **in the man mood**: **hot** autem, ut suprà in **hatongon**, à Sax.

Saxon. hat veniens, ferventem signat; **moode**, Sax. mode, Teut. **moed**, mentem, animum. Furor autem Sax. hatheortnyrre, quasi cordis fervor: animositas, modinerre.

Hettinga, Vota. Hodie Galli *Soubhaiter*, compositè. Vide **Gehetta**.

Hera, Cilicio: quasi **haera**, à pilis: & **heren**, cilicium] Cilicium, Saxon. hæra, à pilis, ut Lipsius; nobis **hatrecloth**: Teut. **haere**, & **haerenkleed**, de quo apud Kilian.

Hereberga, Castra. Nos latiùs pro omni diversorio: sed illud propriè & primò: **herbergo**, castrorum] Quatenus universè Diversorium significat, vocem paululùm immutatam habemus: nobis enim, eodem sensu, **harbour**, de quo in Glossar. Spelman. noster, in voce **herbergare**.

Hevode, Possessio: suprà **Gewin**] Habere, Sax. hæbban, unde, ni fallor, vox ista **hevode**, possessio: sic dicta ab habendo; hinc inops Sax. hafen leas.

Hero, Lutum: vide **hora**.

Hiera, Hic] Sax. hes; nobis **here**.

Hiret, Cervus] Sax. heort, nobis **hart**: Belg. **hert**, & **hirt**: Teut. **hirsch**, **hirtz**.

Hiwisce,

Hiwisce, Familiæ : quasi **huysche**, à domo : & **hiwiscis**, familias] Saxon. eodem sensu hipisce, ab eorum (ut opinor) hus, Belg. **huys**, Teut. **hauss**, nobis **house**, domus.

Hlotbu, Præda : an **lot** nostrum, quia sæpe sorte ?] Præda Saxon. hlob, quod etiam eis Turmam & Cohortem signabat, de quo plura apud Spelman. nostr. in voce, quam ductam puto à zelabian, convenire, congregare, quod Turmæ proprium : unde aliàs Saxon. dict. flocpad, a floc, grex, & pad, consilium.

Hohtuodi, Captivitas : suprà **hafta**.

Hozo, stercus : & **hozowe**, stercore : & **hozwe**, lutum] Sordidus, Sax. hoprig, unde (fortè) panis vel caseus ex ætate mucidus, nobis hodie **hoary**, dictus.

Hosce, Subsannatio : & **hosc**] Huic affine nostrum **hisse**, & **hissing** ; sed & **hissing stock**, quod Lat. Ludibrium, à Sax. ahiscean, subsannare.

Hoscobi, Illusiones : vide **Behoscodon**.

Hozscomo, Vehementi.

Hue, quis, nos **wie** ? & **huo**, quanta] Quis, Sax. hpa, nobis **who** : Quanta autem,

autem, ut *quanta fecit*, Sax. hu manezᵃ, aliàs hu fela?

Hundesliga, Cynoma] Hoc Saxon. hundefleoz, aliàs hundlic fleoz, id est, musca canina; ab hund, nobis **hound**, canis (propriè venaticus, à Sax. huntan, nobis **to hunt**, venari) & fleoz, nobis **fly**, musca.

Hulplos, Inops: quasi **hulpeloos**] Hoc nobis **helpleſſe**, voce conflatâ ex **helpe**, & Sax. & nobis, auxilium, adjutorium; & **leſſe**, quod idem valet in verborum compositione, ac Belg. **loos**, Ger. **loſs**, vacuum, destitutum signans, de quo plura apud Kilian. in **loos**. Inops autem Sax. etiam hafenleaf, quasi non (sive nihil) habens.

I

Iagere, Fœnerator.

Ibewanda, Suspicatus] Nonne hîc inest Sax. penan, opinari, existimare? unde nostrum **to weene**, eodem sensu.

Iemer, Æternum.

Iewescon, Æternus. Vide **Ewiscon**.

Io, Semper] Non multum abludit nostratium **Ay**, eo sensu.

Io bin, Sum] Sax. ic eom, quibus bin,

bin, ut & nobis, verbum præteriti temporis.

Joh, Nonne, Nunquid?

Innethron, Viſceribus] Viſcera, Sax. innoþe, nobis **inward**.

Innerontbingon, Inferioribus] Fortè Interioribus, Sax. innan (aliàs innepan) ðingum, nobis hodie **inner things**. Inferior autem Sax. nýþep, nobis hodie **nether**, & **neder**: ſimiliter Teutonicis, dialecto paululum variatâ.

Verba.

Intlouc, Aperuit: vide **Anlucon**.

Irbelgedon, Exacerbarunt: vide **Farbelgeda**.

Irfangan ſal, Increpabit: & **irfienge**, increpaſti.

Irferron ſal, Obſtupefacies.

Irquicke, Excita. **Irquicken ſal tu**, Vivificabis] Vide **Gequicco**.

Irſcal, Increpuit] Ira, Sax. ýrre; Iraſci, ýrrian?

Irruort werthe, Commovear.

L

Lap, Oram veſtis] Hoc nobis hodie **lap**, à Sax. læp, ſic dictum fortè à Lat. Labium;

Labium; quasi vestis labium.

Legerstede, Cubilibus: vide **Geberge**] Vox est pura puta Saxonica, sed vix, hac notione, eis usurpata, cùm propriè apud eos, (posteriores saltem Saxones) ut licτune, pro Cœmeterio accepta fuerit: composita interim ab eorum liȝȝan, jacere, & ȝτede, locus, quasi jacendi locus, ideóque satis accommodè ad cubilia extensa, cùm recubandi loca sint; quæ Monachis Dormitoria dicta, Anglicè **Dorters.**

Lepera, Labia: hodie **lippen**] Nobis hodie, cum Belg. **lipps**, à Latin. Labium, ni fallor, voce ductâ: Sax. enim Labia pælepaȝ.

Letistan, Novissima: nunc **lesten**] Hinc, fortè, ultimus, nobis **last**, & **latest.**

Liva, Vita: & **lives**, vitæ: & **lif**, vitam. Nos **leve**: tamen & vulgò, **bylyve**, illo sensu] Vita, Sax. liȝ, unde nostrum **life**, quod Belg. **lyf**, **lief**, Teut. **leben.**

Livara, Cibaria: quasi **lyf-waere**] Porcelli, & cætera animalia tenella à Rusticis domi nutrita hinc (fortè) nobis dicta **lyware.** Cibus etiam nobis **fare**; Sax. biȝleoȝa.

Lockis,

Lockis, Capilli: & **lockis**, capillis] Hæc nobis cum Germanis & superioribus & inferior. **locks**: eodem sensu Sax. loccaȝ

Losen, Dolosum: & **losin**, dolosо: & **losonga**, dolos] His affine Saxon. læȝunȝe, unde nostrum **leasing**, mendacium.

Los, Sortem] Hoc nobis cum Belg. **lot**, à Sax. ɦlot, & ɦlẏt, sors. Æȝenɦlẏtta, consors.

Lucucamin, Paullominus: nos **lutselkemin**.

Luctika, Pusilla.

Luzzilon, Parvulis: & **luticon**, idem] Parvuli Sax. lıttlınȝaȝ, nobis **little ones**, quod Germ. superiores, ȝ. pro t. amantes, habent **Luzzilon**.

Luogtnda, Rugiens: & **luonde**, rugientes, alibi] Ejusdem originis, ac nostrum **low**, aliàs **bellow**. Vox fictitia, à sono bovis mugientis, cujus mugitus, Sax. ȝeɦlop. Mugire autem Belg. **loten**, Ger. **luyen**.

Verba.

Lıcont, Placent: vide **Gelıconda**: & **lıcon sal**, Placebit] Pro **gelıconda** hîc, repone **gelıcoda**, quod vide.

Ludon,

Ludon sal, Tonabit: nos de ære Campano] Sonorus nobis **loud**, Sax. hlude, Belg. luyd, Teut. **laut.**

Luwetha, Præstitisti.

M

Mancrefte, Majestas: ipsa vox tamen viri robur magis significat, **manscracht.** sed alibi, **megincraft**, majestas: & **megincrefti**, majestatis] Hoc Sax. mæzenðrymner, & mæzenþrimmer, quasi magnum firmamentum, à mæzen, magnum, & ðrymner, aliàs trumner, firmamentum, à zetrymman, stabilire: & propriè, utpote de Deo dictum.

Mangon, Maxillas: si recta scriptura: nos **wangen**] Similiter & Saxones, uti & nos, saltem olim. Majoribus enim nostris maxilla, sive dentes maxillares, **wang-teeth** dicti, à **wang**, gena, maxilla: unde rythmus ille vetus: **And in witneſſe that this is sooth; I bite the war with my wang tooth**: id est, *In testimonium veritatis, hanc ceram mordeo dente meo maxillari.* De quo fusiùs alibi, in Glossar. nostro.

Melm Pulvis: nos **mulm**, & **gemul**] Hoc Sax. myl.

Meistero,

Melctero, Maximo : nos **meeſt**] Nos Angli **moſt** : Sax. mæꝛꝺa ſ

Mendiſſe, Lætitia : vide **Mendian**.

Mieddn, Mercis] Merces Sax meꝺe, nobis **meed**. Eis etiam Munera (**bribes**) meaꝺꝛceaꝺaꝛ ſ

Mikel, Magnus, Multa, Copioſa : & **mikilon**, magnis : & **mikilo** magnificè : & **otmikilit**, magnificate. vide **Gtmikiloda** : & **mikile**, magnificentia] Multus Saxon. mycel, hactenus in partibus Angliæ Borealibus retentum. Multitudo, mycelneſſe ; magnificare autem, ȝemiclian ; magnificentia, myclunȝ, & mycelnyſ ſ

Muodis, Mentis : nos, **moet**] Vide ſuprà **Hetmodt**.

Muos, Eſca, cibi. Nos pro Olere] Huic, ſono ſaltem, affine, Sax. myſe, & meſe, pro Menſâ : iis etiam mete pro cibo : nobis hodie **meſſe** pro ferculo.

Muſca, Paſſer.

Verbâ.

Mendian ſal, Exſultabo ; **mendiꝺ**, exſultabit : **mendit**, exſultate : **mendodun**, exſultaverunt : **mendon ſulon**, exſultabunt.

N

Nabo, sed: & **Naso**, pænè] Pænè, nobis **nigh**, & **well-nigh**: g. in utrâq; voce superfluo, vel otioso, & inter pronuntiandum neglecto, quin & inter scribendum perperam usurpato: à Sax. enim vocem accepimus, quibus, nih & pul-nieh scripta.

Neock, Nec] Sax. nic ?

Nerlando, salutare: & **Nerlando**, liberator] Refugium, Sax. zeneh, quod ab eorum zenerian fluens, eruere, eripere, signat: hinc Dominus & Redemptor noster, nerzend urreh Sax. dictus.

Newiht, Nequam: quasi dicas, nullius pretii aut ponderis] Nequitia, uti & Malitia, Sax. nyhe, & nihe: Man etiam illo sensu usurparunt: unde Nequam, Malus, eis manpulle; ab homini naturali nequitiâ. A nihe autem, Nequam vocarunt nihing; Unde illud apud Mat. Paris. & alios: *Rex* (inquit) *milites Anglos, ut ad obsidionem veniant, jubet: nisi velint sub nomine NITHING, quod Latinè Nequam sonat, recenseri, &c.* Vocabulum hoc, **Nithing**,

thing, à nocte venire conjecit Glossographus ibidem; quæ (inquit) *olim* Nith, *non ut nunc* (night) *scripta reperitur: Ita ut* Nithing *sit Lucifuga, &c.* Fugit interim doctum virum vera vocis scriptura. Nox enim perperam apud Anglos scribitur, sive Nith sive Night; rectè autem, & secundùm Sax. scribendi modum, niht. Utut sit, luce clarius est, nithing, cum Nequam notet, à Sax. niþe, nequitia, malitia, dimanasse.

Niewiht, Pravum] Quemadmodum hoc præcedenti, sic & huic affine nòstrum naught, & naughty, illo sensu, à niþe ortum.

Nunneht, Non, & nuhteht, idem.

Niewergen, & ntergtn, Usquequaque.

Northalvon, Aquilonis] A North, & halfe, eâpse apud Sax. significatione.

Novan, Sed: suprà Nave.

Novanthog, Veruntamen] A superiori novan, & thog, Sax. ðeah, nobis though, tamen.

Verba.

Neruktat, & Neruokit, Nolite: & Neruokt, Noli.

Niet, Posside: & **Nieton sal**, Possidebit: & **Nutun**, Possidere] Omnia à Sax. notian, uti, possidere, occupare.

Nosada, Impedivit.

G.

Overanungtscobt, Supervacuè] Ab **ober**, Teuton. Sax. Anglis, super; **un**, particulâ negativâ, sive privativâ; & **gescobt**, proventus: **ungtscobt** itaque q. d. sine fructu, frustrà, Sax. ofepunnÿt.

Overhoziga, Prævaricantes: vel potiùs Mandatum spernentes] Conjectura placet; cum inde sit, quòd contemptus, despectio, contumacia, Saxonib. ofephÿnnerre dicta. Mulctã etiam, quâ talis contemptus luebatur, comprehendit, quæ Forensibus nostris *Forisfactura* dicta.

Ovita, Pomoruum. Nos **Oft**] Sax. ofæt, aliàs ofet. eodem sensu, scil. pro frugibus, &c.

Verba.

Digt, Ostende, ab oculis ductum. **Dginon**, Ostendet: & **Dugoda**, idem: & **Dugon sal**, Ostendam] Ab oculis rectè

rectè conjicit; Sax. enim Oculus eaȝe: nobis, ȝ. in ẏ mutato, Eye. Saxonico autem propius Teut. Aug. uti & Belg. Oogh e.

Dȝdon, Habitabat. Hoȝda Tartarorum] Habitare Sax. eaþian, & oneaþian. Habitatio hinc eis eaþunȝrtop; rtop autem locus: alteram compositi partem mitto, ut omnibus, ex præmissis, satis obviam.

P

Pȝisna, Usura.

Q

Quena, Uxor. Anglis hodie Regis uxor ἐξόχως, sive Regina] Distinguimus Angli inter Queen, & Quean; posteriore, scortum, meretricem; priore, Reginam, Regis uxorem, intelligentes. Ortu verò & Origine vox una & eadem, Quen scil. quod uxorem, sive mulierem signat; ut ealocpene, Aniculam. Quamvis enim consuetudine, Queane, in malam partem transierit apud neotericos, olim tamen secus, nisi Hoȝ præposito, quasi uxor vel mulier pretio conducta: quâ de re vide plura suprà, in Gehuoȝda.

Quiccake, Animalia: quasi **Quic-bee**, vivæ pecudes] Vide suprà, **Bequicco**, & **Fio.**

Verba.

Quat, Dixit: & **Quethe**, Dicat: & **Qutt**, Dic. Nobis mansit geminatione vitiosum, **Quetteren**] Sax. cpeþan, dicere, unde nostrum **quoth**, ut **quoth I**, dixi ego: **quoth he**, dixit ille, & simil. Vide plura apud Kilian. Etymolog. verbo **quetteren.**

Quezzedos, Allisisti. Nos **quetsen.**

R

Ratanussi, Irritatione. vide **Ratodon.**

Radtwagon, Currus: quasi **Radt-wagen**, à celeritate: an & **Redtwaegen**, ab usu? Istinc **Reda**] Ejusmodi vehiculum, à currendo, Currum, Latini; ꝑyne, Sax. vocabant. Hîc autem **Radtwagon** dicitur, eâdem de causâ ac nostrum **Rode-wagon**, à viâ publicâ scil. (ubi præcipuus curruum usus) nobis **Rode** dicta, majoribus uostris **Rade**, à Saxon. ꝑaðe, equitatio: viâ publicâ sic dictâ, quia equitationibus,

&

& equis iter facientibus veluti propria.

Ref, Venter: & **Revis**, Ventris: & **Reve**, Ventre] Alvus & Uterus Sax. hnÿfe, aliàs hnif. Hinc Diaphragma, quod dividit & ſeparat ventrem & inteſtina à pulmone & corde, nobis **mid-riffe**, Belgis **middelryfte**.

Ripoton, Maturitate: nobis **Riſp** manſit] Anglis etiam, maturus, **ripe**: maturitas, **ripeneſſe**; Saxon. ripunga. Meſſis autem eis rip: metere, ripan: meſſor ripere, aliàs ripere: falx, ripep; unde nobis **ripping**, **reaping**, pro meſſione: **Ripper**, **Reaper**, pro meſſore, & ſimil.

Rithe, Torrens] Hoc Saxon. rip. Cambro-Britannis, Vadum **Rhyd**, & **Rhydle**. Vox autem reperitur in nonnullarum urbium, ut & oppidorum noſtrorum, Gallicorúmque nominibus ad vada conſtructorum, ut apud Chorographum noſtrum, præſtantiſſ. Cambd. videre licet.

Verba.

Ratodon, Irritaverunt: & **Ratad**, Irritat: & **Geratot iſt**, Concitatus eſt: & **Ratunaſſi**, Irritatione] Huic affine noſtrum **wrath**, iram, iracundiam,

signans. **Nulli**, autem hîc, ut & in pluribus aliis vocibus, tum præcedentibus, tum subsequentibus, adjectitia est particula, idem valens ac apud nos & Sax. **nesse**, & **nysse**, Teut. **heit**, & **heyd**, in nominum substantivorum terminatione.

Ribaridos, Denudasti: sic nobis compositum, **Openbaeren**. **Rebarnulli**, Revelatione] Nudus, nobis Anglis, **bare**; denudare, **to make bare**.

Refangan, Arguam, & **Refagnulli**, Redargutiones.

Refptas, Arguas. Nos componimus **Berispen**.

Ruecouf, Fumigabant: quia **Roor**, Fumus: sed & alio sensu, **Riechon sulun**, Fumigabunt, ab odore] Fumus, Sax. ꝛec: fumare, ꝛeocan, unde nostrum **reeke**, fumus: item **to reeke**, Belg. **Rooken**, fumare. Isthinc etiam (fortè) nubium ex vento motum, nos **racke** dicimus.

Rodwarthan, Movebitur] Hinc fortè Cœlum ꝛoðeꝛe Sax. dictum, à movendo scil. quia semper movet: **Warthan** nihil aliud hîc nisi verbi passivi futuri temporis nota.

Rundon,

Rondon, Susurrabunt] Susurrare, mussitare, Sax. punian: Belg. **Ronen**, **Roenen**, nobis hodie **to rowne**, & **round**, de quo plura per Spelman. nostr. in Wormii *Literatura Runica*, cap. 1.

S

Saca, Rem] Sax. Causa, sac & sace: unde nostrum **sake**, ut Dei intuitu, vulgò dicimus, **for Gods sake**. Propriè tamen Res, Saxon. ðing, quod nobis mansit.

Salda, Salutare: & **Saldo**.

Salethu, Tabernaculo: & **Selthen**, Tabernacula, & **Selttha**, Tabernaculum. Nos **salette**, paulo alio sensu] Hoc Sax. ȝesele. Belgis **sale**, pro Aula, Atrium: olim autem pro universâ domo sumptum fuit. De quo in *De variis Glossematis*, Cl. Vossius, in voce *Sala*.

Sammung, Synagoga. Unde **versaemen**, & **sammongun**, Cleros, causâ collectionis] Synagoga Sax. ȝesomnunga, ab eorum ȝesomnian fluens, quod congregare notat.

Scalc, Servus. Unde *Maris-scalcus*, qui equis curator] Servus Sax. scealc; Hac

Hac autem de voce, Cl. Lindenbrog. & Voſſ. in *Scalcus*, & *Adelſcalc*, aliíque.

Scaehon, Pudore] Vide **Geſcendedſ.**

Scaphon, Ovili] Hoc Sax. ſceapaſalð, unde noſtrum **ſheepfold**: voce effictâ à ſceap, nobis **ſheep**, & ſalð, nobis **fold**, Septum, Clauſtrum, quo ex cratibus facto, paſtores nocte includunt oves, tum ad ſtercorandum arva, tum ne in ſegetes ſpatientur.

Scama, Reverentia] Hoc Saxonibus ſceame, ſcame, & ſcamu, à ſceamian & ſcamian, id eſt, & erubeſcere, & revereri. Iſtinc autem noſtrum **ſhame**, eopſe ſenſu; quod Belg. **ſchaemte**, Teut. **ſcham**.

Scarſahs, Novacula. Nam **ſahs**, cultrum notat: unde Saxones Withikindo] Hoc Sax. ſceaſpæx. Vox eſt conflata ex Saxon. ſceapan, Belg. **ſcheren**, & **ſchaeren**, radere, tondere; (unde noſtratium **ſhears**, Forfex; **ſhearing**, Tonſura; **ſherman**, Pannitonſor:) & ſpæx, quod præter novaculam, cultrum ſignat. De quo Galfrid. noſter Monemuthen. lib. 4. cap. 3. fuſiùs autem

Verſtegan.

Verstegan. Restitut. cap. 1. & Voss. in voce *Saxa.*

Sceftt, vel **scepftt**, sagittæ] Hæc Sax. ȝceƿtaȝ, nobis hodie **shafts**, fortè à **shave**, Teut. **schaven**, tondere, radere, ut Sagittæ radi solent ab Arcuariis: nisi à sceat malis, i. e. Fascis: quòd sagittæ in fasces solent colligari, unde nobis **a sheaf of arrowes.**

Scepeno, Judex: hodie **scepenen**, scabini] De hoc plura apud sæpius laudat. Lindenbrog. & Voss.

Sceitbtlon, Verticem, & **scetlon**] ſcÿƿehealo Sax. præceps, item obliquus.

Scernt, Subsannatio; & **scern**, illusio] **scorne** nobis, eodem sensu.

Sctert, Lucidum] Limpidus, clarus, nobis **sheere**, & **shire**, unde aqua ejusmodi, nobis **sheer** (vel **shire**) **water.** Hinc oppidi & castri apud Dorsetenses nostros, **Shirborne** dicti, nominis origo: quòd scil. ad Fontem limpidum situm sit. Cambden.

Sctmo, Splendor: nos **schijne**] Angli similiter; voce ortâ à Sax. ȝcinan, splendere, fulgere.

Sctumo, Citò] Nobis **to skime**, eodem

dem ſenſu : E. G. **to ſkime over any thing**, id eſt, expeditè tranſire, vel tranſilire. Vide ſuprà **Gtſutandon.**

Sclot, ſera] Sax. ſcẏttel ſ

Sentſte, Mitis. Germani : & **ſentſt**, Manſueti, & **ſentſte**, Manſuetudinis.

Serin, Tribulato : ut **Zeer doen** Belgæ] Non multum abit à noſtratium **ſorrow**, quod à Sax. ſaȝ, dolor.

Setſt, ſedes] Hoc nobis **ſeate**, & **ſettle**, Sax. ſetl : utrumque ab eorum ſittan, ſedere.

Setbelgangt, Occaſum] Hoc Sax. ſetlȝonȝ, & ſetellunȝ, à ſetl, ſedes, & ȝanȝan, ire ; quaſi Seſſum ire ; unde noſtrum **ſunne go to**, eodem ſenſu.

Seravada, Cremium] Huic reſpondet noſtratium **ſeare wood**, pro Cremio, vel Ramale, à Sax. ſeapan, arefacere, & puou, ſylva, lignum, vulgò **wood.**

Scrimbze, Protector : an à **ſcbirmen** ? an **ſcrijmen** ?] Nonne hinc noſtrum **ſkrine**, Diathyrum ſcil. item Umbella? Saxonibus autem, hoc ſenſu, ſcpimbne, ſcil. pro Protectore.

Stoin, Moris: nos **ſeede**] Mores Sax. ſiba ſ

Sto

Siwolvatdun, Septuplum: quaſi **ſevenwoudt**] Hoc nobis **ſevenfold**, à Sax. ſeoſonfealo ſ

Sien-ogun, Pupilla oculi] Hoc Sax. ſeon-eazan, quaſi Viſus oculi, à ſeon, Sax. videre, & eaz, oculus, aliàs æpl; unde noſtratium **Apple of the Ey.**

Sigimart, Victor. in Tacito, **Segimerus**] Victoria, Sax. ſize: victoriosus, ſizæfeſt. **Mart** autem hîc in **Sigimart**, à mæne ductum arbitror, quod magnum, celebrem, præſtantem ſonat.

Siu, Utquid?

Slapigravi, Sepulcrum: ſuprà **Burgiſil**] Sepulcrum nobis hodie **a grave**, à Sax. zpæfe; Verſtegano **ſlapigrava**, q. **ſleep-grave**, quia (inquit) ſepultus tanquam dormiens habendus eſt. Conjecturam probo, cum dormire, nobis ſit **to ſleep**, à Sax. ſlapan. Sepulcrum hinc vocatur Dormitorium.

Slahta, Generatio: & **ſlahten**, ſemini. Nos compoſitè **Geſlacht.**

Spietis, Haſtæ. Nos **ſpieſſe.** Nomen primogenium à mucrone, **ſpiets**] Hoc Belg. **ſpet, ſpeet**, unde fortè noſtrum **ſpit**, Veru. Haſta autem Sax. ſpere, quod nobis manſit.

Spinco,

Sprinco, Locusta] A saltu (ni fallor) ductum : quia saltu se propellere solet Locusta. Salire autem nobis **to spring**. *Exultavit infans in utero ejus* : Luc. 1. ver. 41. id est, (ut vetustiores nostræ Translationes locum reddunt) **The Babe sprang in her belly**. Hinc Saxon. Locusta ȝæppꝛtapa, & ȝæppꝛhopp, à ȝæppꝛ nobis hodie **grasse**, gramen ; & (ut in priori) ꝛtapa, nobis **stepp**, gressus; in posteriori, hopp, quod nobis mansit, saltatio, saltus, quasi per gramen gradiens, aut gramine saltans, saliénsve. Vulgò **Grashopper**.

Spel, Fabulatio : & **spelle**, parabola : vide **Bispilla**] Fabulatio Sax. etiam ꝛpell, vel potius ẏdelꝛpell. q. vana colloquia. Nam simpliciter, & propriè, ꝛpel, (ut Verstegano jam observatum) sermo mysticus, Oraculum, Parabola : quæ quidem explanare, sive exponere, (saltem metaphoricè) Saxon. ꝛpellian, Belg. **spellen** : quâ qui callet arte, **Spellman** meritò dicendus. Cognomen autem hoc Glossographo nostro, f. m. viro de his literis optimè meritò, non tam proprium quàm conveniens, & debitum.

Sntumo,

Snſumo, Velociter, Confeſtim : & alibi **ſſumo**] Vide **Giſvtundon.**

Solre, ſolium : an **ſolarſum** ?] Quod nobis a **ſollar.**

Sowlſcan, & **ſowelſr**, Quacunq;] Hoc Sax. ſpa hpilc.

Stowingon, Increpatione. Nos pro ſtimulatione] Stimulatio nobis **ſting.** Quidam etiam noſtratium dicunt **it ſtounes**, pro ſtimulat.

Staf-ſwert, Framea] Et gladius, & framea, Saxon. ſpeonð, quod nobis **ſword.** Hoc autem Verſtegano noſtro **ſtafſweard.**

Stedinuſſi, ſtabilitatem] Nobis eodem ſenſu, **ſteddineſſe.**

Stros, ſtrati : vide **Stoze**] Sternere Sax. ſtpepian ; ſtratum, ſtpepeð, & ſtpæð ; unde iis ſtpæt, nobis **ſtreet**, pro via, platea.

Suetga, Armentum : & **ſuegon**, armento.

Sulſgon, ſalſuginem] Sal Saxon. ſealt, nobis **ſalt.**

Suithe, Nimis] Hoc Sax. ſpyþe ſ

Suero, Dolorem] Vide ſuprà **Serin.**

Sulſe, Peſtilentia.

Swenat,

Swenot, Coagulatus: vide **Gequallit.**

Swle, Columna; & **swlt**, columnas] Hoc Sax. ſẏlle, quod nobis manſit: **ſelle** enim, & **ground-ſelle**, nobis cujuſvis ſtructuræ baſis, vel fundamentum; magis autem ſpecificè, magna trabs ædificio ſuppoſita; Sax. aliàs ȝpounꝺ-pealle, h.e. ſubſtructio. Hinc noſtratium **ſelle**, Belg. **ſuyle**, aliâs **ſuele**, pro Limine. Limen autem Saxon. þeoꝛꝛcpolꝺe, aliâs ꝺꝛexꝛolꝺ, unde noſtrum **threſhold.**

Swerenne, Adipe] Hoc Saxonibus ꝛmeꝛpe, de quo plura in **Kuoſmer.**

Sneve, Nivis] Hoc Sax. ꝛnap, unde noſtrum **ſnow**, quod Belgis **ſneew**: Teut. **ſchnee.**

Verba.

Scathan ſal, Damnabit. Vide **Beſcathot**] Damnum Sax. ꝛceaꝺ: damnum faciens, ꝛceaþiȝ: innocens, unꝛceaþiȝ. Hinc Graſſator, eis ꝛceaþa: Piratici, ræ-ꝛceaþaꝛ? Hoc Belg **ſchaed**, nobis hodie **ſcath**, & **ſcade**: Unde Canem rapacem, a **ſcaddle** (id eſt, **ſcathfull**) **curre** dicimus. Saxonum ꝛceaþana ꝛcnæꝛe, Latinè ſonat, Spelunca latronum.

Scedewon,

Scedeſwon ſal, Obumbrabit] Vide ſuprà **Beſceddwit.**

Scaldon, Increpuerunt. Nos **ſchelden**, & compoſitè, **Beſchulden**] Huic convenit noſtrum **to ſcolde**, illo ſenſu.

Scurgt, Averte : vide **Beſcurgt**] Avertere Sax. acÿppan, aliàs cÿppan ; averſio cÿppung : atque hinc, à viarum ſcil. & platearum diverticulis, ut in compitis, pluribus apud noſtrates locis hoc nomen olim inditum, quod poſtea in **Cerring** mutatum, tandem tranſiit (ut nunc dierum) in **Charing** ; quomodo quadrivium ſive compitum illud nuncupatur in ſuburbiis Londinenſibus, ab occidente, propè Weſtmonaſterium, **Charing-croſſe**, vulgò dictum ; **Croſſe** addito, ob crucem ibidem, ut in compitis ſolitum, olim erectam. Bercÿpian etiam, ut & arcÿpian, Sax. ſeparare, item amputare, radere, reſecare, &c. vulgò **to ſheare**, &c.

Scutta, Excuſſit.

To-ſtore, Deſtrues.

Stihtan Ædificabis] Ædificare, Sax. ſtihtan ?

Stincan, Odorabunt] Odorare Sax.

ȝeſtincȝan ſ **ſtinke** autem nobis hodie vox eſt ſenſus ex diametro contrarii, cùm pro Fœtore ſumatur.

Stukida, Irritavit: ut nos Metaphoricè **ſtoken**] Pungere Sax. ſtician, ſtimulus ſticcelſ ſ

T

Teſewon, Dexteram: & **theſeuun**, dextera: Vide **Forthoza.**

Thegenliche, Viriliter. Nos **degentlijk**, paullò alio ſenſu] **Degben**, **Degben-man**, (inquit Kilian.) Athleta, Pugil; vir præſtans; ſtrenuus, fortis. Tales, Sax. noſtrorum olim Ðeȝneſ*, Latinè *Thani*, viri ſcil. honorati, ut qui gradu, virtute, fortunis, atque æſtimatione, cæteris præluxerunt: præſertim ſi de claſſe eorũ eſſent qui regii dicti, vulgò cỳninȝeſ ðeȝneſ: alii enim inferioris erant claſſis, mediocres dicti, vulgò leſſe ðeȝneſ ſ

* Non tamen vi nominis, quod à þenian veniens, miniſtrare ſonat.

Thiat, Gens: & **thiade**, gente: & **theado**, gentium: & **thiadon**, nationes: & **thiede**, gentes] Sax. Gens, Populus, ðeoð: gentes ðeoda ſ

Thiadekunni, Generationes. Vide **kunt**. nam compoſitum eſt] Vide etiam **Thiat.**

Thin-

Thinnongun, Tempora capitis] Hoc Sax. priscis ðunpenzan; modernis autem, ut mihi author est Martinius, in Etymolog. **Duenninge**, & **Duenne**.

Thio, Femur. Nos **thi**] Sax. ðeoh; nos **thigh**.

Thurthic, Egenus: & **thurtegin**, egeno] Scribendum fortè **thurfhic**, & **thurfegin**. Teut. enim egenus, indigus, olim **dorftigh**, **durftigh**; hodie (literâ r. transpositâ) **drofftigh**, **druftigh**, Sax. eodem sensu, ðearf ?

Thuwe, Ancillæ: & **thuwon**, & **thiuwon**, idem] Hoc Sax. ðeopne, & ðeopne ?

Tothiti, & **totifhi**, Apud.

Toukeres, Venefici. Nos **toouerers**.

Trego, Dolor: & **tregon**, dolore: & **trege**, dolores: & **tregbaft**, dolens] Tribulare, Saxon. þpezian. Hinc (fortè) parturientis fœminæ dolores, nobis **throwes**: nisi malis à ðpopian, quod Sax. pati sonat, unde Salvatoris nostri passio ðpopunze dicta.

Trilon, Fimbriis.

Trisewozin, Thesauris.

Trumbon, Tubæ. Nos **trompen**] Vide suprà, **Drumbon**.

Twifolda, Anceps: qui in duo distrahitur. unde & Latinis *Dubito*, quasi *Duito*, & Græcis Διχάζω] Saxon. ᵹpiᵹealᵹ: unde nostrum **twofold**, sensu tamen haud pari: nam Duplex utrumque signat. Dubitare autem Saxonibus ᵹpinan, & ᵹpeonan, unde anceps eis ᵹpeonende.

Verba.

Tefuor, Defecit, Periit: **tefarando**, deficientes] Deficere Sax. ᵹeᵹeopian, & aᵹeopian, unde nostrum **to tire**, illo sensu.

Thenit, Intendit: & **theneda**, tetendit: **thennon**, extendes: **thentu**, extendunt: **thenedos**, extendisti: **thenedon**, extenderunt] Extendere, Sax. aþenian ?

Thineda, Servivit: & **thianinwi**, serviamus. Inde **Dienen** hodie] Ministrare, Sax. ᵹenian; servire, ᵹeopian? Opponuntur autem hæc, ut invicem contraria; cum prius Libero, posterius Servo proprium sit. **Wi**, hîc, in **Thianinwi**, idem valet ac nostrum **we**, nos.

Thion follun, Abundabunt] Huic affine Saxon. ᵹeon, ᵹean, & ᵹeþean, crescere, diteſcere.

Tholon,

Tholon, Patientur: & **tholindon**, patientibus: & **tholodst**, sustinuissem: **tholoda**, tribularer] Pati, Sax. ðolian; passus, ðoloð: patientia, ȝeþylð: patiens, ðylðiȝend. Teut. **dulden.**

Thunst, Extraxisti] A teon fortè, quod Sax. trahere; quibus extrahere, ꝼnam atеon ſ

Thurofremidos, Perfeciſti: & **thurofremig**, perfecta: & **thurefremigero**, perfecto: & **thurofraningon**, consummati] Quod perfectū, nobis **thzongb-framed**: Sax. autem ꝼulꝼnemeð: priore compositо à Saxon. ðuꝩ, nobis **thzough**, & **thzow**, i. e. per, & ꝼnemeð, nobis **framed**, i.e. factum: posteriore verò à ꝼul, nobis **full**, plenus, & eodem ꝼnemeð, quod à ꝼnemian fluit: unde nobis **frame**, pro fabricâ; **to frame**, fabricare.

Thuroliton sal, Pertranſibit. Nos **Doozlyden**] Vide **Farlithon**; ubi de posteriori compositi parte: de priore verò in verbo hîc præcedente.

Tian, Enutries. Nos **Tyen** & **Dptyen**] Vide suprà **Thion sullun.**

Tilo, Accelera: & **tilont**, festinant.

Tilogon, Exercitationem: & **Til-**

lon ſal, Exercebor : & **Getilot**, Exercitatus] Labor nobis **Totle** ; laborare, **to totle** : Saxon. etiam ſtudia, quæſtus, conatus, ᵹylunᵹe; adnitens, ᵹylᵹend.

V

Uerthe, Itineribus : ſuprà **Geverthe**] Ire, Iter facere, Sax. ꝼaꝑan; de quo ſuprà in **Farlithon.**

Ula, Olla. Siburgi hodie, **ulengaſſe**, Platea Figulorum.

Unera, Reverentia : & **uneron**, pudore] Revereri, Sax. unaꝑian ; ignominia unaꝑe : ab un, Teut. hodie **on**, abſque, & aꝑe, honor, decus : quaſi ſine honore, decore.

Underthudig, Subjecta : & **Underthudiga**, Subditi. Nos **underdaedich**] Subditi, Sax. undeꝑꝑeod, ab eorum undeꝑ, (quod nobis manſit) ſubtus, & ᵹeod, populus, gens.

Ungeſceid, Vacuè] Vide **Oferan-ungeſcoht.**

Unſuott, Moleſti] Quaſi **unſueet**, i.e. haud ſuaves.

Un, Uſque : & **untes**, donec : & **unt**, idem] Nobis hodie **untill.**

Umbewollan, Immaculatus] Forſan

san rectiùs **unbewollan**, quasi ab **un** privante, & **bewollan**, maculatus, inquinatus, à **wyle** fluente, Sax. ƿul, nobis **fowle**, turpis, immundus, q. d. (ut nostrates vulgò) **unbefowilen.**

Umbwath, quare? quasi **omwat**?

Vorton, Timore] Tremor, formido, Sax. ƿýɲhto. Unde nostr. **fright**, & **affright**, illo sensu.

Urkundun, Testes: & **urkunt-scap**, testimonium. Est valde noscere: nobis mansit in formulis, **Dirkondt**] Fortè ab **over-cun.**

Ursagon, Excusationes. Valde & multa dicere] q.d. **over-say.** Quatenus autem Excusationes notat, idem videtur ac **Farsagon**, de quo vide suprà, **Farseggent.**

Utriston, Extremis. Nos **uyterſten**] Hoc nobis **uttermost**, Sax. ýttemeƿta, unde nostrum **utmost.**

Wala, Abyssus: **wal**, idem] Abyssus, profundum, Saxon. neopolneƿƿe ſ **Wala** autem, ut & nostratium **well**, puteus, à Sax. paellen, & pellen, bullire, unde etiam **utwalle**, infrà.

Walalicondt, Beneplacito] Hoc nobis **well-liking**, à Sax. pellicunz; quod

compoſitum à **well**, bene, & **liking**, placitum.

Wambon, Utero] Venter, Saxon. pamb, unde noſtrum **wombe**.

Wan, ſpes.

Wanda, Veſtimentum: & **waf**, veſtem, veſtimenta] Quod ad prius; Involucrum ſive lineum cadaverale, (quia cadaver eo involvitur) nos dicimus a **winding-sheet**: Quod ad poſterius; veſtis & veſtimentum Saxon. pæda, & ȝepeðe: unde vel hodie veſtes ſive habitus lugubres, nobis **mourning weeds**. Fœnum agri. Mat. 6. v. 30. Sax. *Æc*-penpeoð. q. agri veſtitus.

Waſhemo, Fructus: à creſcendo: & **waſmo**, idem] Fructus, Sax. pæpꝺm: Fructifer, pæpꝺm-bæpende?

Welimo, Singulos.

Werolt, Sæculum: & **werold**, & **werildi wertidis**: ſæculum ſæculi] Sax. peopulde, unde noſtrum **world**: quod Belg. **wereld**: Teut. **werld**.

Wether, Nunquid?] Hoc nobis cum aſpiratione, **whether**.

Wige, Prælium, bellum: & **wigis**, belli: & **wiga**, prælia. Reperio & **wie**, bellum] Sax. pιȝa, heros: pιcpꝺop, caſtrum,

strum, castellum: pɪgɦuſ, specula: pɪgſteal, propugnaculum.

Wirte, Holera: & **wurtt** herba. Inde **Wirtespurgum**, Herbipolis] Eâdem notione Saxon. pẏpt: unde hortus eis pẏptun ſ

Wirscapandis, Epulantis.

Witherſacco, Adverſarius, quaſi **wederſaek**, aut **wederſagger**] Eodem ſenſu Sax. pɪþeɲſaca, quod etiam contradictorem notat, à pɪþeɲſace, contradictio: voce compoſitâ à pɪþeɲ, contra, adverſus, & ſecgan, (nobis **to ſay**) dicere, vulgò hodie **gainſay**.

Witti, Prudentia] Vide **Gewitti**.

Witut, Lex: & **wituie**, lege: & **wituedzagbere**. legiſlator. A promulgando, & longè latéque ſpargendo] Malim ego à **witt**, Sax. pɪt, & ʒepɪt, ſapientia, prudentia, quia leges ſunt prudentum conſulta, vel decreta. Unde prudentum in eam rem conſeſſus Sax. dictus pɪtenaʒemot, quaſi ſapientum conventus, à pɪtena, & ʒemot, ita ſignificantibus. **dzagbere** autem hîc, in **witut dzagbere**, à Teuton. **dzaegben**, quod ferre ſonat.

Wiolango, Uſquequo?] Hoc Saxonibus

nibus hu lanze, nobis **how long.**

Woligis, Utinam] Nos **would**, additis his, **to God**, plerunque. Sax.etiam ic polo, pro volui.

Wop, Fletus: & **wophis**, Genitivo: **wopindi**, lugens] Sax.etiam Fletus pop, Genitivo popep. Lugens autem eis peopend, unde noſtratium **to weepe**, & **weeping.**

Wuriſit, Gigas.

Wrreton, Iniquitatibus. Quaſi **onrecht**] Cui noſt. **unright** aſſonat.

Utferdi, Exitus] Expeditio, Saxon. utfaxe, quod ab ut fluit, h.e.ex, vel extra, & faran, ire, proficiſci, de quo plura in **Farithon** ſuprà.

Utſtandlico, Deſolatoriis] Vocem puto compoſitam ab **ut**, nobis **out**, i. e, extra, foràs, & **ſtanden**, ſtare, quaſi ſolitarius, & per ſe, veluti in eremo, ſtans.

Verba.

Wardilgodos, Deleſti] Vide **Fardiligo.**

Wozrewet. Compungimini, quaſi **berouwet**] Pœnitere, deplorare, Belgis **Berouwen**, Sax. peopfian, & bepeopfian;

Up-

Upslagoda, Distulit: & **upslagodos**, distulisti] Ab eâdem (ni fallor) origine ac nostratium **slack**, & **slow**, id est, tardus, lentus: Sax. ſlac, & ſlape. Differre etiam nobis, **to slagger.**

Utwalle, Scateat: de fontibus] Vide suprà, **wala.**

Waldan sal, Dominabitur] Dominari, Saxon. pealdan. Hinc dominatio, ditio, authoritas, præcipuè Regum & Principum, eis anpealo & ꝑỳlðinᵹ. Hinc etiam Sceptrum gubernare, nobis vulgò, **to weild the Scepter**, aliàs **to sway the Scepter.**

Wandas, Existimasti] Existimare, opinari, arbitrari, Sax. penan: unde nostrum **to ween**, eopse sensu: ut cum dicimus, **I weene**, id est, Ego existimo. Qui sui ipsius opinioni nimiùm fidit, nobis dicitur **to overween**, dum rem vocamus **over-weening.** Saxon. oꝼeꝛpennẏꝛ ꝛꝛeꝛ

Welida, Elegit] A pillan fortè, Sax. i.e. velle, unde voluntas eis, ut & nobis, **wille**; votum, pilla ꝛ

Wtepon, Flevimus: & **wopendi**, lugentes: & **wopan wir**, ploremus. Vide **Wop**, suprà.

Willd,

Wildo, Possedit: & **wielde**, possedisti] Eidem origini (fortè) referenda hæc, ac **waldan sal**, suprà, quod vide.

Wilonodon, Tribulaverunt: & **wilinunt**, tribulant: alibi **wilzcinunt**, & **wilinunda**, tribulantes] Vide **Gewilenon**, suprà.

Weigoden, Vexaverunt] Vox (ni fallor) conflata ex Belg. **wee**, Sax. paȝ, nobis **woh**, dolor, miseria, (de quo suprà in **Geweigit**) & **gedon**, quod à **doen** fluens, facere sonat.

Wedan sal, Induam. suprà **Wat**] Quod vide.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [504] - 72
PUBLIC DOMAIN

Verborum Anglicorum, quorum rationes ex Græcis oſtenduntur, INDEX.

MEminerit Lector Anglica nos hîc vocare, quæ verè talia ſunt: id eſt, quæ ſexcentorum ad minimum annorum antiquitatem præferunt, & veteribus Anglis ſive Saxonibus ante corruptionem linguæ, quæ poſterioribus ſæculis contigit, erant in uſu. Horum, (quæ quidem hîc repræſentantur) in uſu ſunt hodiéque, leviter immutata, pleraque: nonnulla, (quibus ferè interpretatio addita) exoleverunt. Alia quæ ſunt alterius generis ſi quæ (de quibuſdam enim dubitabamus) hîc reperiantur, inſcientibus id nobis & imprudentibus factum eſt. *Vide quæ diximus, p.190,191, &c.*

A

Abroad. p.316
Ac. (quercus) 245
Ach. 234
Acornes. 245
Adder. 367
Adle. 247
After. 250
Againſt. 292
to Aile. 248
Aire. 199
to Ake. 246
Alike. 247
Aloft. 295
Am. 267
Ancle. 245
And. 269
Anger. 245
Angle. ibid.
Angry. ibid.
As. 376
to Aſke. 249
Aſkew. 359
to Attire. 266
Awry. 327

INDEX.

Ar. 234
Ay. 250
Aygreene. ibid.

B

Barren. 251
to Baſwle. 253
Beke. (fons.) 254
to Beſmear. 297
Beſt. 194
to Beſtow. 343
Better. 194
to Beware. 310
Bezill. 318
to Bind. ibid.
Bird. 325
Blacke. 316
Blade. (ſhoulder-blade) 316
Blade. (lamina) 208, 311
Blanke. 238
to Blaſt, blaſted. 240
Blew. 316
Blighted. 255
to Blincke. 242
Blind. 252
Bloud. 316
Bloſw. 254
Bloſwan (florere) 253
Blunt, 207, 240
Boale. 318
Boiſterous. 253
Bold, boldly. 324
Bottome. 317
Bourne. 254
Bow. 252
to Bow. 225
Bracke. 329
Bramble. 329
Branne. 345
Bread. 252
to Breake. 329
to Bribe. 251
Bride. 317
Bridegroome. 218, 317
Bridge. 257
Briſke. 335
Broad. 316
Broker. 323
Brooke. 254, 328
to Brooke. 254
Broth. 252
Brother. 201
Brow. 308
Bruite. 203
Buccan (buck) 241
to Budd. 253
Bulke. 329
By By. 253

C

to Call. 234
to Carve. 259, 268.
to Catch. 287
Ceapman, (Chapman) 286
Ceorl (Churle) 285
Ceorlian (nubere) 285
to Chafe. 287
to Chaffer. 286

to Chatt. 287
to Cheat, Cheater. 418
Cheeke. 255
Chicke. 285
to Chide. 293, 358
Chin. 255, 285
Chine. 242
to Chopp. 287
Church. 221, 234
Claſps. 279
to Claw. 287
Claw. 373
Cleane. 287
Climbing. 234
Clogge. 278
to Clogge. ibid.
Cloth. 293
Cloud. 241
to Cloy. 268
Clutches. 373
Clutter. 281
Cockney. 308
to Cogg: a Cogger. 309
Cold. 281
Collops. 279
Colt. 284
Comely. 285
to Conne. 288
Copp (caput) 286
Cornell. 268
Cote, Cottage. 293
Crabbe. 234
Cracknell. 359
Craft: Crafty. 287
to Cramme. 280
Crane. 278
to Creake. 234
Creeke: or Crooke. 278
Crew. 281
Cribb. 284
Crickett. 286
to Cripple. 280
Crock. 284
Crocks. 280
Croft. 287
Crone. 375
Crop (annona) 277
Crop (ſummitas) 278
Croud. 293
to Croud. 375
Crump-legg'd, &c. 280
Crutch. 375
to Cudgell. 289
Cunning. 288
to Curle. 280
Curre. 289
to Curſe. 244, 293
Cuth (notus) 288
to Cutt. 234

D

Dainties. 259
to Dance. 272
to Dare. 273
Daughter. 201
to Daunt. 262
Death. 271

Deep

Deep. 255
a Deer. 234
Demure. 273
Dint. 207
to Dippe. 263
a Dipper. 263
a Dirge. 307
to Dire. 263
to Doe. 232
Docke. 263
Dooze. 234
Dowzy. 261
to Dread. 262
Dreame. 260
Dreggs. 361
to Drench. 244
to Drinke. ibid
Drone. 238
to Droope. 264
to Dropp. 263
to Drudge. 361
Druggs. 364
Drugster. ibid.
Dew. 263
Dull. 238, 260
Dumbe. 240
Dusky. 260
to Dwell. 362
to Dy (mori) 263
to Dy (tingere.) 263

E

Each 265
Ealo, &c. 196
Earmnes (paupertas) 202
to Earne 249
Earnest 249
Earth 199
End 249
Errand 265
Ewer 267

F

to Fade 335
Fairies 369
to Fang (capere) 266
to Fare 369
to Fast 242
Father 200
Fatt 370
Feather 325
to Feed 244, 324
Feild 316
Feind 313
to Fell 254
to Filch 369
Filth 202, 372
to Find 244
Fingers 266
Fire 199
First 370
to Fitt 243
Flash 369
Flasket 370
to Flaw ibid.
Flaw 369
to Flea 370
Flints 370
Flock 325
to Flout 334, 372
to Flush 369

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [508] - -
PUBLIC DOMAIN

Foale 235
Fodder 324
Fond, &c. 236, 267, 370
Foole 371
Foot 316
Foul 372
to Founder 335
Fourme 369
Fraught 371
Fray 370
to Freeze 283
Freind 373
to Fret 370
to Frisk 335
Frogge 252, 370
Froth 241
to Frowne 308

G

Gall 375
Gallop 234
Game 257
Gander 375
Gast: Ghost 237
Gastly 237
to Gather 242
Gay 255
to Gaze 237
Gitre (avarus) 212
Gillofer. 282
Girle 292
to Give 269
Glad 237
to Glister 241
to Gloze 255
to Glut 268
Gnat 294
Goat 241
Gobling 281
God 235
Gold 241
Good 194
Goose 275
Gowne 304
to Graffe 266
to Grant 374
to Grapple 277
Grasse 234
a Grave 259
to Grave ibid.
Griping 212
Gripings 215
Ground 374
to Growle 258
to Grudge ibid.
to Grumble ibid.
to Grunt 318
Guest 267
to Guil 256
Gutts 255

H

Haile 376
to Haile 267
Haire 290
Halig: holy 246
to Hallow 246
Halme 171
Halt 206
Hamme 289
Hand, ibid.

to Hang 234
Hapse 250
Hard 206
Harsh 290
Hart 205
Hasle 206
Helpe 267
Hemp 171
Henne 307
Herne ibid.
Hey 264
to Hide 289
to Hobble 292
Hoblers ibid.
Hobby 277, 292
to Hold 265
a Hold ibid.
Hollow 290
Hone 242
Hood 290
to Hoord 290
Hope 267
Hose 304
Hound 289
to Huddle 290
Hulke 235
Hunger 287
Hurdle 290
Hure: whore 292

I

to Jangle 293
Jaw 271
Idle 367
Jeer 257
Impaired 247
to Impe 266
Incle 215
Inne 264
Irksome 265
to Itch 285
I trow 274

K

Keele 284
Keeles ibid.
to Kenne ibid.
Kennell 289
Kettle 373
to Kick 294
Kindred 285
to Kisse 234
Kite 274
Knife 208
to Knitt 306
Koning: King 288

L

to Lagge 295
Lalleby 253
Lane 295
Lanke ibid.
Lappe 234
Last ibid.
Latch 245
to Laugh 257
Lavish 295
to Lay 294
Lead 209
Lease: Leasung 239
to Leave 297
Lecherous 294
Ledge 295

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [510] - -
PUBLIC DOMAIN

Lesse 195
Lest 195
Lewd 297
Licke 294
Lickrish 295
to Lie 294
Liegen: mentiri. 239
Like: alike 247
to Linger 265
Linke 224, 234
to Lispe 296
to List 297
Little 195
Locks 295
Loft 295
to Looke 196
to Loose 296, 311
Loose strife 296
to Lose 296
Loynes 294
Lucke 296
Lucky ib.
Lumpe 360
to Lurke 243
to Lust 297
Lusty 297

M

Mad: madnesse 299
Mæstan: most 195
Maid 260
Maine 300
to Make 299
Malapert 317
Mall; mallus. 311
Man 300
Mane 301
Mantle: mantletree 275
Many 305
Mara: more 195
to Marre 242
Marrow 299
Mash 303
Match 258
Mate 258, 302
Mead 304
Meale: farina. 306
Meale: refectio. 311
Meane 305
Meate 304
to Meet 302
Meet 302
to Melt 298
Mid: cum. 301
Midwife 299
Mighty ib.
Mikel, Michel, &c. 194, 195
Mild 299
Milke 304
Mill 234
to Mince 299
to Mingle 298
Mith mash 298
Moate 242
to Mocke 235, 257
to Moile 298
Moneth 200
Moone ibid.
Morgen 204

Mozrow 203, 204
Most 195
Mother 200, 201
to Moulder 298
to Mourne 298
Mouth 302
Mudd: muddy 298
Murreine 298
Must: musty ibid.
Mustaches 234
to Muzzle 303

N

Naught: naughty 240
Need 201
Needle 254
Nettle 285
New 235

O

Oke 245
Oker 235
One 250
Ozchard 235, 314
Other 265
Ought 313
Over 368
Owne 376

P

Paile: milk-pail 316
Palsy 282
Patch 316
Path 235
Patt 243
to Peep 309
Peer 322
Pegge 319
to Pelt ibid.
Pert 317
to Pester 320
to Pett: pettish 320
to Pickle 286
to Pine 324
to Pitch 319
Pithy 315
Plash: plashy 316
Plate ibid.
to Play 318
to Plott ibid.
to Plow 315
to Plundge 324
to Ply 318
Pole 315
Pott 235
Pox 315
Praise 323
Prank ibid.
to Prate 323
Pretty 317
Procters: i.e. beggers 320
to Prole 266, 325
Proud 317
Proxy 321
Pudder 318
Puddle ib.
to Purloine 325

Q

Qualme 279
Queane 288
Quena: Queene ib.

Quicke

Quick 287
Quirke 278

R

Racke 208
Racket ib.
Ragge 235
to Raile 244,269
Raine 199,235
to Raise 235
to Ramble 202
to Rapp 235
Rash 234,328
Rath: rathest 307
to Reach 309
to Reape 264
Red 267
to Rend 326
Rest 235
Rey 330
Ridge 208
Rind 330
Ripe 331
to Rock 310
Rod 235
Roofe 307
Rope 235,327,331
Roome 328
Rough 359
to Row 264
Rudder 328
Ruffe 332
to Rue 244
Rugge 326
to Rumble 202
to Runne 230
Rust 265

S

to Scamble 347
Scantnesse 202
Scarcenesse 202
to Scatter 335
Sceap: sheep 241
to Scoffe 235,257
to Scorne 335
to Scranch 278
to Scratch 376
Scritch 286
to Scuffle 334
Scurfe 277
Scurvy ibid.
Seares 350
to Seeth 269
Shade 199,258,358
to Shake 354
to Shame 355
to Sheare 293
to Shed 335
Shipp 235
Shirt 350
Shoze 359
to Shove 354
to Shuffle 334
to Shunne 354
Sicle 358
Sickle 271
to Sift 354
Sigle: monile. 356
Simnell 359
to Sindge 267
Sinne 358

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [513] - -
PUBLIC DOMAIN

Sister 201
Skie 199
Skirmish 230
Skinne 251
Skittish 375
Slacke 376
to Slinke 243
Sluggish 376
to Smeare 298
to Smite 341
Smugg. 207
to Smut, or smutch 207
Snoter: sapiens. 196
Some 352
Son 200
Span 337
Sparke 350
to Spatter 337
to Speake 265
Specke 315
to Speed: or succeed 339
to Speed: or hasten 338
to Spend 339
Spindle 237
to Spinne 336
a Spinner: aranea. 337
Spoone ib.
Spott 358
to Sprawle 243
to Spring 243
Spruce 317
Squeamish 279
Squimble 347
Squint 359
Stake 276
Stalke 336
to Stalke 334
to Stare 274
Starke: rigidus. 344
Starre 234
to Starve 344
to Stay 276
to Steale 344
a Steer 350
to Steer 359
Stemme 336
Sterne: clavus. 359
to Stepp 334
Steward 343
Stewes 341
to Stew 342
to Sticke 338
Stiffe 240, 344
to Stifle 333
to Still 344
to Sting 338
to Stirre 311
Stove 341
Stoole 350
Storke 344
Storme 349
Stout ib.
Stow: locus. 343
Stowage ib.
to Straine 333
Strappe 359
to

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [514] - -
PUBLIC DOMAIN

to Stretch 309
Strife 358
to Strive 348, 358
Strong 344
to Strout 343
to Strow 335
to Struggle 347
Strumpet 3[illegible]4
Stubble 340
Stubborne 344
Sparrow-hawk 350
to Stuffe 333
Stumpe 341
Sturdy 344
Sweet 205
Sword 207
Sythe 397

T

to Take 262, 367
Tale 274
Talke 273
Tall 362
Tang ib.
Tart 238
Taunt 257, 362
to Teach 262
Teate 235
to Tell: dicere. 361
to Tell: numerare. ib.
to Thaw 360
Thegn: Thein: minister. 232
to Thinke 262
Threshold 310
Throng 274
Throwes 274
Throwigen: pati. ib.
to Thumpe 360
to Tie 263
to Tire 261
Tit 360
To (to eate, &c.) 197
Together 242
to Toile 314
Tole 361
Tongue 370
to Tosse 372
Tough 314
Towne 241
to Trace 359
Tracke 259
Trappe: lusus. 360
Trappe: decipulũ. 363
Tree 260
Trick: 265
Trigg ib.
Trigger. 360
Trimme 207
to Truck 364
True: truth 238
Trupeny 262
Trulle 304
Tubbe 272
Tumban ib.
to Tumble ib.
to Twattle 262
to Twitt 257, 362
Tydy 398

V

Adder 235

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [515] - -
PUBLIC DOMAIN

INDEX.

Unberend 251
Uncuth 288
Undaunted 262

W

Wallen: errare. 250
Wallen: bullire. ib.
Wald: weald 368
Walnutt 251
to Ward: guard 310
Waren: wary 310
Warme 283
Warre 311
Water 199
Weather ib.
to Weave 368
Webbe ib.
to Weene: putare. 311
Weight 246
to Weild 265
Well: puteus. 250
Well: bene. 293
Wellen, vide Wallen.
Wheele 265, 292
Whole 235
Whore, vide Hure.
Whorish 235
Wild 248
to Wish 269
Witt: witty 267
Wood 368
Worke 265
World 314
Wote 267
to Wound 310
Wracke 330
to Wrangle 269
Wrath 339
Wretch 208
to Write 329

Y


to Yawle 276
to Yawne 276
Yeare 267
Yet 264
a Youth 271
Yrnth: paupertas. 202
Yvy 215

Z

Zany. 358

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 188, [516] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: Leibn. Marg. 188, [517] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [518] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [519] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 188, [520] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur Leibn. Mag. 188 (2)(1) - 1